

VOCABV-
LA REI NUMMA-
RIAE PONDERVM ET
Mensurarum Græca, Latina, E-
braica quorum intellectus om-
nibus necessarius est: Collec-
ta ex Budei, Ioachimi Cas-
merarij & Philip. Mes-
lanth. Annotatio-
nibus.

ADDITIONAE SVNT APPELLATIO-
nes Quadrupedum, insectorum, Volucrum,
Piscium, Frugum, Leguminum, Ole-
rum & Fructuum communium, col-
lectæ à Paulo Ebero & Casparo
Peucero.

VVITEBERGAE:

M. D. LII.

Solut. in com. Casil.

Argentum are solutum est.
man salt für Silber are be salt.

—

SUPPUTATIO GAL-
licorum nummorum, ad Cru-
ciatos Germanicos.

Q Vinq; denarioli Turonici, ua-
lent uno Cruciato Athesino.

Caroleus nummus, ualet duobus Crucia-
tis.

Coronatus aureus ualet quatuor capitibus,
quos testones uulgus appellat, hoc est, octoginta
Cruciatis uel paulo plus, praesertim si sit sola-
tus.

Grossus Parisiensis ualet sex Cruciatibus.

Tantidem ualet Grossus Argentoratensis,
uulgo ein schilling groß.

Solidus Turonicus, hoc est, duodenarius,
quem uulgus Gallorum Duffenum uocat, ualet
duobus Cruciatibus ad supputationem Basilien-
sem. Ad Lundunensem uero duobus denariolis
amplius.

Caroleus ualet decem denariolis Turoni-
cis.

A 2

Solidus

*Solidus Turonicus ualet duodecim denariis
riolis Turonicis, hoc est, duobus cruciatis.*

*Solidus Sterlinorum ualet tredecim denariis
riolis Turonicis.*

GVILEL

GUILLELMI BVDÆI PARISIENSIS, SECRETARII REGII, BREVIARIUM DE ASSE.



S QUI ET ASSIS dicitur, in duodecim uncias distribuitur. AS quaternos denariolos nostros ualuit, & paululo plus. Sic fit, ut duos asses, & semis, sestertium faciant, id est, Caroleum nostrum & semissem denarioli.

Duo asses, sextans dicebantur, quod nominis paruum fuit, cuius meminit Plinius & Linius.

Quadrans etiam nummulus, & ualebat assis quartam partem, & Triens tertiam. Semis autem duos quadranteis ualebat.

Apud Græcos drachma in sex obolos di-

A 3 14/4

uisa est, & in trienteis, quadrantesq; Sesiobolus Athenis, erat Romæ sestertius.

Sestertius, & nummus idem erant apud Romanos.

Sestertius, æstimatione nostra, decem Turonicis denariolis, & semisse denarioli ualuit.

Denarius, quaternos sestertios nummos ualebat, hoc est, quaternos Caroleos nostros, & binos denariolos Turonicos, ex eo dictus denarius, quòd pro decem assibus locaretur æreis, & cederet in solutum.

Sestertius ex eo dictus est, quòd duos asses & semissem ualeret. Qua ratione quaterni sestertij denarium Romanum ualebant. Et sestertius dictus, quasi sesquitercius, sunt enim duo solidi asses & semis, hic etiam nummus dicebatur & argenteus erat.

Libra Romana, quæ & mina, & pondo dicitur, centenos denarios, seu quod idem est, centenas drachmas habebat. Cum igitur denarius quaternos sestertios æquaret pondere & æstimatione, liquet in libra Romana quadringentos fuisse sestertios, & in duabus libris & semi libra
bra

bra, mille sestertios, qua ratione fit, ut sestertia
singula numero plurali millenos sestertios ual-
leant, hoc est: duas libras & semissem. Ut enim
sestertius nummus dicitur, ex eo quod duos as-
ses & semissem ualebat, hoc est, duas libras aris
gravis & selibram. Ita sestertia numero plurali
& genere neutro ideo dicuntur, quod singula
duas libras & selibram argenti ualere. hoc est,
ducentos & quinquaginta denarios, siue mille
sestertios, quod idem est. Sic fit, ut decem sester-
tia, & decem millia sestertium nummorum pro
eodem ab antiquis dicantur.

Mille sestertij estimatione nostra, uiginti
quinque coronatos ualent, dicitur autem mille se-
stertij & mille nummi, uel mille sestertium &
mille nummum, uel copulate, mille sestertium
nummum.

Cum autem mille sestertij, id est, ducenti
quinquaginta denarij, duas libras argenti & se-
missim ualeant, sequitur, ut libra Romana, quæ
& mina dicitur & pondo, decem aureos coro-
natos ualuerit. Coronatos autem ita intelligi uo-
lo, ut singuli trigintaquinque solidos ualeant, quod
est legitimum precium.

A 4

Igitur

Salust. in Corn. Cat.

Ad hoc, si quis indicariisset de conuincione,
qua contra Remp. facta erat. Quia diuenerunt
seruo centum sestertia (2500 front. in lib-
tatem, et libero impunitate unis mi, et
ducenta milia sestertia. (5000 front.)

Igitur decem milia nummum, uel decem
millia sestertium, quod idem est, ducentos, & quin-
quaginta aureos coronatos ualebant, Hæc etiam
decem sestertia dicuntur, cum singula sestertia,
singula millia significant.

Decies sestertium, idem est, quod decies
centena millia sestertium, quæ summa centies ma-
ior est decem sestertijs. Idem est enim decies se-
stertium, quod mille sestertia. Cum enim singula
sestertia millenos nummos sestertios ualeant, si
mille sestertia millies multiplices, fient decies
centena millia, quæ lingua uernacula millionem
uocant.

Decies igitur sestertium, centies ducentos
& quinquaginta aureos ualet, hoc est, uiginti-
quinque millia. Sic fiet, ut millio Romanus uiginti-
quinque millia coronatorum ualeat.

Hoc igitur tenere oportet, quòd quem-
admodum, cum à nummis sestertijs, ad sestertia
genere neutro fit transitus, numerus millies mul-
tiplicatur. Ita cum ad eam loquutionem uentum
est, quæ per aduerbia numeralia enunciatur, se-
stertia singula centuplicata crescunt, ut uerbi
gratia, Si centum sestertia dicam, centum millia
sesteria

sestertium intelligere debeas. Quod si centies se-
stertium dicam, non iam centum sestertia, sed
centies centena sestertia, seu centies centena mil-
lia sestertium, intelligendum sit.

Vt autem facilis, & obuia sit unicuiq; ea-
rum summarum intelligentia, quæ apud Auto-
res identidem leguntur, hoc meminisse oportet,
quod sequitur: ut quæuis summa etiam in digi-
tos deduci possit, sine calculis aut abaco.

Decem sestertia, ducenti quinquaginta au-
rei.

Viginti sestertia, quingenti aurei.

Triginta sestertia, septingenti, & quin-
quaginta.

Quadraginta sestertia, mille aurei.

Quinquaginta sestertia, mille ducenti &
quinquaginta.

Sexaginta sestertia, mille & quingenti.

Centum sestertia, duo millia & quingen-
ti.

Ducenta sestertia quinque millia.

Quadringenta sestertia decem millia co-

A S ronato

ronatorum. Censur equestris sub Iulio Cesare.

Quingenta sestertia, duodecim millia & quingenti.

Sexcenta sestertia, quindecim millia.

Octoginta sestertia, uiginti millia. Censur senatorius ante Augustum Mille sestertia, uiginti quinque millia.

Mille ac ducenta sestertia, triginta millia coronatorum. Tantus erat Censur senatorius sub Augusto.

Notandum quod supra mille sestertia Romani fere semper per aduerbia loquebantur, infra mille nunquam per aduerbia locuti sunt hoc modo, Decies sestertium, id est, mille sestertia, uiginti quinque millia. Duodecies sestertium, triginta millia aureorum. Censur senatorius sub Augusto.

Quindecies sestertium, triginta septem millia & quingenti.

Vicies sestertium, quinquaginta millia.

Tricies sestertium, centum septuaginta quinque millia aureorum.

Qua-

Quadrages sestertium, centum millia aureorum.

Quinquages sestertium, centum uiginti quinque millia aureorum.

Sexages sestertium, centum quinquaginta millia aureorum.

Centies sestertium, ducenta quinquaginta millia aureorum. Tanti aestimatus est unio Cleopatrae.

Quadragesies sestertium, decies centena millia, id est, Millies mille, id est, millio. Tanti aestimatus est à Plinio ornatus Lolliæ.

Millies sestertium, uicies quinquies centena millia, id est, duo milliones, et quingenta millia.

Bis millies sestertium, quinquages centena millia. Censu Lentuli auguris sub Augusto.

Quater millies sestertium, decem milliones dicuntur hoc est, centies centena millia.

Decies millies sestertium, uiginti quinque milliones.

Quadragesies millies sestertium, centum milliones.

Vicies

Vicies septies millies sestertium coëgisse Ti-
berius dicitur, id est, sexaginta sex miliones, &
quinquaginta millia aureorum coronatorum, ut
nostro sermone loquar. 726. Ton.

Libra Romana in duodecim uncias & sex
miunciam diuiditur, & uncia in octonas drach-
mas. Sic fit, ut centena drachma libram & mi-
nam, seu pondo faciant.

Drachma in terna scrupula diuiditur. Sic
fit, ut sint uicena quaterna scrupula in uncia. Pa-
risienses drachmam grossum appellant, & scru-
pulum appellant denarium, & binæ drachmæ
sterlini quinque dicuntur, id est, quadrans uncia.

Hæc de pondere dicta sufficiant.

GRÆCORVM SVPPTATIO.

MIna apud Græcos idē est quod
libra & pondo apud Romanos, hæc cen-
tum drachmas continebat, hoc est, circiter cen-
tum denarios Romanos, seu quadringentos ses-
tertios.

Mina

Mina igitur decem aureos coronatos ualuit. Et drachma tres solidos turonicos & semissem, quanti scilicet denarius Romanus estimatus est à nobis, hoc est, quaterni nummi.

Talentum multiplex fuit, ut in libro nostro latissime enarratum est, sed talentum Atticum, quod plurimum celebratur ab historicis, sexaginta libras ualuit, seu minas, hoc est, sex milia denariorum uel drachmarum, quæ sexagies denos coronatos ualent, hoc est, sexcentos.

Talentum	sexcenti aurei.
Decem talenta	sex milia aureorum.
Quindecim talenta	nouem milia aureorum.
Viginti talenta	duodecim milia.
Quinquaginta talēta	triginta milia aureorum.
Centum talenta	sexaginta milia.
Ducenta talenta	centum milia & uiginti.
Quadringenta talēta,	ducenta & quadringenta milia aureorum.
Mille talenta	sexcenta milia.
Duo milia talentum	mille & ducenta milia.
Decem milia talentum	sexagies centena milia.

Tanti funerasse Alexander Ephestionem dicitur.

Breuiarij Budaici de Asse finis.

S V P P V T A T I O
 A S S I S E T P A R T I V M E I V S
 A D M O N E T A M B A=
 S I L I E N S E M .

A S uel Assis, res quæuis in par-
 teis duodecim diuisa. Est autem liquido-
 rum, ut assis uini. Ponderum, ut libra, Monete,
 ut alibi solidus, alibi Plapardus, alibi duodenus.
 Hereditas etiam Assis dicitur, ut sæpe apud Hi-
 stóricos & iurisperitos. Item Zodiacus, & om-
 nino (ut diximus) res, quam in parteis duodecim
 partimur. Exemplum de moneta basiliensi.

1	Vncia	ein helbling.
2	Sextans	ein rapp alias ein angster
3	Quadrans	drey helbling.
4	Triens	ein fierer.
5	Quincunx	ein creutzer, alias ein funffer.
6	Semis uel Semis̄is	ein halber plapart, alias ein sechser.
7	Sextunx	sieben helbling.
8	Bes uel bes̄is	ein duppel fierer.

9 Dos

9	Dodrans	ein halber schuitzer batz.
10	Dextans	ein halber Constentzer
	batz.	
11	Deunx	ein liff' helbling,
12	As uel assis	ein plapart, alias ein
	schilling.	
	Centum denarij	mima.
	Mille denarij,	
	Centum coronati,	
	Mille asses	centum denarij.
	Decem mima.	

VOCAL

VOCABV.

LA MENSVRARVM METREI NVM.

MARIAE, AVTORE PHI-
LIPPO MELAN-
THONE.

NOMINA MEN- SVRARVM.

SEXTarius in myropolijs adhuc
in usu est. Conuenit autem cum ea mensura,
quæ Vuitebergæ dicitur, ein Nossel: sed continet
minus quarta fere parte eines Nossels.

Sextarius duas heminas continet seu co-
tulas.

Hemina,

Cotula,

Acetabulum, eadem.

Sextarius duodecim cyathos continet, in
quos cum Romani, tanquam assem in uncias di-
stribue-

tribuerunt. Sic accipiendum est illud, Nevia sex cyathis, septem iustina bibatur. Nam tot cyathos bibebant in conuiujs, quot literæ erant in amasia nomine. Et Suetonius scribit, Augustum solitum senos sextantes bibere, id est, sextarium. Nam sextans duos cyathos continet, tanquam duas uncias.

Congius sex sextarios continet, seu duodecim heminas.

Congius, fere drey wittemberger kannen.

Chus octo heminas, quibusdam etiam congius est, 4. sextarios, 2. kannen.

Metreta,

Cadus, idem, X. congij.

Metreta minus aliquanto quam 30 kannen.

Modius 16 sextarios continet.

Amphora 3 modios Græce dicitur κεράμιον. 48. sextarij

Medimnus, sex modios, ein malter.

Choenix, quatuor cotulas seu duos sextarios.

Christus nuptias in Cana non tenui munere ornauit, cum uinum fecit. Nam sex hydriæ, continebant fere sex eymers. Si singulæ capiebant

binas metretas. Nam duæ metretæ conficiunt fere

60 kannen. Si exacte mensures, quarta pars ut supra significauimus, detrahenda erit.

B

VOCA

plant. in Can
cilium: Capie
quadrantibus
amphora.

VOCABVLA REI NUMMARIÆ.

DRachma ponderis nomen est, eim quint. Et mansit ea appellatio hætenus in myropolijs, ubi si quis uolet appendere partes libræ, drachmæ pondus inueniet. Cum autem drachmæ nomen solum ponitur, Attici semper intelligunt argenteum nummum eo pondere. Quantum ualeat, ipsum pondus indicat, eim quint silber. Nos non tradimus exactissimam rationem precij, nam de hac consulendi sunt Aurifabri. Et precia auri atq; argenti uariant aliquantum temporibus. Potest autem inde drachmæ præcium æstimari.

Decem drachmæ ualent uno coronato.

Octo drachmæ ualent fere aureo Rhenano.

Duæ igitur drachmæ ualent fere quarta aurei parte.

Denarius, teste Plinio, fere drachmæ Atticæ pondus habet. Proinde in historia ueteri scias drachmam & denarium idem significare, & tantundem ualere, Altera Romana appellatio fuit, altera Græca.

Dicitur

Dicitur autem denarius, quia ualebat decem
assis.

Decem denarij ualent uno coronato.

Octo denarij ualent fere aureo Rhenano.

Duo denarij ualent fere quarta aurei Rhe-
nani parte.

As quondam æneus fuit, & significat libram
æris. Quantum ualeat æstimari potest, cum de-
narium in decem asses partimur. Valebit enim
as fere tribus numulis Mysorum, cum denarius
ualeat circiter triginta numulis Mysorum. Nam
ut nunc sunt precia auri, aliquanto plus ualet au-
reus Rhenanus, quam octo denarij.

As in duodecim uncias distribuitur.

Sextans uncie duæ, id est, sexta pars assis.

Quadrans uncie tres, id est, quarta pars
assis.

Fuit usitatissimus numus æneus Romæ, qui
à tribus uncijs etiam dicebatur Teruntius. Mar-
tialis sportulam, hoc est, pecuniam, quam diuites
clientibus suis, qui eos sectabantur, quotidie da-
bant, dicit fuisse centum quadrantes.

Quadrans, circiter ander halben heller.
Mysorum.

Triens, quatuor uncie.

B 2

Quincunx

Quincunx, quinq; uncia.

Semissis, sex uncia, circiter drey heller.

Septunx, septem uncia.

Bes, octo uncia.

Dodrans, nouem uncia.

Dextans, decem uncia.

Deunx, undecim uncia.

As, duodecim uncia.

Ceterum nomen assis ad alia transfertur,
& significat in omnibus rebus mensurandis uel
numerandis, totum.

Usurae Centesimae dicuntur, quae centesimo
mense aequant sortem. Quondam enim singulis
mensibus soluebantur usurae. Et uocant Iuris-
consulti assen usurarum Centesimam, hanc de-
inde partiuntur. C. de usuris. Fit Centesimae men-
tio etiam alibi in Canonibus, & lib. 2. Esdrae
cap. 5.

As & pondo aëris, aeneam libram signifi-
cant.

Inde dupondius, id est, duo asses.

Dupondius, circiter sex pfenning Mysso-
rum.

Sestertius quasi sesquiertius, significat
enim duos asses, & semissem, quare & his notis
pingitur

pingitur I I S. Duæ lineæ priores significant duo,
& S significat semissem.

Erat autem sestertius genere masculino
nummus argenteus, qui ualebat quarta denarij
Romani parte, quatuor enim sestertij decem as=
ses efficiunt, ualet enim denarius decem asibus,
ualebatq; ita sestertius circiter 7. pfenning My=
forum, aut fere grosso Marchico.

Mille sestertij ualent 25. coronatis.

Cum nomen nummus solum ponitur, signi=
ficat sestertium nummum.

Mille sestertij.	} eadem	
Mille sestertium nummum.		25. co=
Mille nummum.		rona=
Mille sestertium.		ti.

Ex illo genitiuo plurali facimus nomen ge=
neris neutri sestertium, propter breuitatem ab=
iecta uoce mille. Proinde sestertium genere neu=
tro significat 25. coronatos.

Idem igitur significant mille sestertium, &
sestertium genere neutro. Decem millia fester=
tium & decem sestertia. Sic & de similibus iu=
dicabis, Idq; obseruare in autoribus ualde
prodest.

Decem sestertia, 250. coronati.

B 3

Est

Est & alia figura, decies sestertium. Scias igitur quoties hoc modo addimus aduerbium numerale uoci sestertium, oportere subintelligi centum.

Decies sestertium, id est decies centum sestertia, 25. milia coronatorum.

Decies sestertium.

Decies mille sestertium, eadem.

Nam mille alias repetitur, alias omittitur sine discrimine, ut supra admonui.

Hæc estimatio rei numariæ testes habet certissimos Plinium & Plutarchum, ut de ea lector dubitare nihil debeat.

Centu. Mina Græce $\mu\nu\tilde{\alpha}$, Latine libram significat, quæ continet decem drachmas. Valet igitur coronatis decem. Nam de argento usurpatur.

Obolus, nummis Mysorum fere quinque. Nam drachma continebat sex obolos.

Octo Chalci ualent obolo Attico. Itaque Chalcus apud Mysos plus aliquanto est, quam cimheller, $\lambda\epsilon\pi\tau\tilde{\alpha}$ septem efficiunt unum Chalcum.

Talentum, sexcenti Coronati, continet enim minas seu libras sexaginta,

Stater pondus est quatuor drachmarum. Et cum de argento usurpatur, significat num-

munus

num tetradrachmum. Nam hoc genus numorum
in maximo usu fuit. Et adhuc extant multi. Va-
let quatuor drachmis, hoc est, fere dimidio Rhe-
nani aurei.

Erant & Stateres aurei, qui mina ualebant
hoc est, decem ducatis, quales hodie sunt Portuga-
lenses quidam aurei.

Siclus, autore Iosepho, pondus est
quatuor drachmarum At-
ticarum, id est,
ein lot.

B 4

STV

STVDIOSIS BO-
NARVM LITERARVM.
IOACHIMVS. S. D.



I, QVAE PVL-
cra sunt, ueteri uerbo
sepe iterari iubentur,
quo magis de ijs fieri hoc
conuenit, quæ & sunt pul-
cra, & utilitatem simul
præcipuam complectun-
tur? Quare cum autore

Philippo Melanthe subductio nummaria ratio-
nis, itemq; mensurarum ad nostrorum temporum,
nostriq; moris consuetudinem accommodatio, de-
scriptæ in patente charta prodissent, uisum est
easdem in complicata etiam emittere. Ceterum si
quis forte hoc requirit, numus Mysius plane is est,
quod quidem ad usum attinet, qui & in Francis
in usu est. Neque magnum inter mensuras est di-
scrimen. Nam Sextarius mensuram attingit Sei-
della, quam Norebergæ uocant, cuius dimidium
κοτυλη, seu hemina est. Tunc inquam, cum ad
priscum Romanorum usum hæc exiguntur, auce-
te Cyatho

te Cyatho drachmas 10. & Sextario uncias 15. Fuit
 autem alicubi quondam $\mu\nu\tilde{\alpha}$ unciarum 18. hoc
 est, λίτρα μία ἢ ἡμισὺ, quam quidem Itali-
 cam dixere, & ad eam Sextarium expenderunt,
 cuius dimidium est hemina seu κοτυλή, ut dixi-
 mus. Itaq; inuenio huius etymon ridicule qui-
 dem extortum: sed rem tamen explicans κοτυ-
 λη κέκληται ἄπο τοῦ τοῦ ξέσω εἰς δύο κότω-
 τεῶς. Atq; ita in Myropolijs Sextario utuntur,
 hoc est, cotylis duabus. Nam priscum sextarij no-
 men & usum amiserunt, secundum quam ratio-
 nem appendet Cyathus unciam unam & dimi-
 diam. Et si nostris mensuris metiri uelis, inuenies
 duodecimum cyathum Scydellam exuperare, qui
 ante sane complebat. In uniuersum autem tenen-
 dum, non esse omnium liquorum unum pondus.
 Omnino sunt hæ res sic confuse, quod necesse
 fuit fieri, ut præclare nobiscum actum uideatur,
 qui ad hanc quantulamcunq; certitudinem per-
 uenerimus, qua maior teneri uix queat.

Nunc de Chœnice aliquid, neq; ingratum,
 ut spero, neq; inutile uobis futurum, annotabo.
 Chœnix, de quo quidem satis constat, sextarios
 continet duos. Quod cum sit compertum, non

B 5

dubium

dubium mihi sit, quin legi debeat in illis Rbemi-
nij uersibus. Quis quater assumptis sit Graio no-
mine Chœnix, ut de heminis intelligatur. Atq;
hoc loco sciendum Chœnica fuisse diurnum cibum
seruorum Græcorum, quemadmodum fuit demen-
sum Romanorum cibus menstruus, quod quidem
continuerit Modios quater nos. Qui si fuerint ad
Chœnicas comminuti, computatis in singulos Mo-
dios Chœnicibus octo, conficientur dies 32. hoc
est, mensis unus. Nam quòd duo dies abundare ui-
deri queant, de eo non est quod laboretur. Neq;
enim possunt, neq; debent omnes minutie coæqua-
ri talibus in supputationibus.

Cum autem nullas habeat charta Vuitteber-
gensis mensuras γεωδαιτικάς, quod alijs men-
suris, et re numaria expleta fuerit, uisum est in
uestram gratiam, etiam illarum aliquot præci-
puas subiicere.

Pes digitos habet 16. Palmus digitos ha-
bet quatuor. Hic Græcis dicitur et ὀπαλαισῆς
et ἡ παλαισῆς et δῶρον et δοχμή. Pal-
mus itaq; pars quarta pedis est.

ΣΠΙΘΑΜΗ, dodrans. Nam et in pollices
diuiditur per duodecim, ut As in uncias, Palmi
tres,

tres, nostra lingua Spannam uocamus.

VLNA quatuor cubiti, nos Claphteram nominamus, Græci ὀργυῖα, Nam quod de Pyramide dixit Herodotus πεσάρακοντόργυον, Plinius uertit quadragenarum ulnarum.

Cubitus sesquipedalis, palmi sex.

ΠΛΕΘΡΟΝ, sexta pars stadij, hoc est, pedes centum.

Stadium, pedes sexcenti. Hoc loco uarietas obseruanda. Plinius habere Stadium scribit passus 125. Pedes sexcentos 25. Gellius Græca stadia facit pedum 1100. Item mille passus, continent octo stadia. Græci autem lexicis sic tradidere, ἑπτὰ ἢ ἡμισὺ σάδια ποιεῖσι μίλιον ἕν, τὰ δὲ δέκα μίλια ἔχουσι σάδια πέντε. Sunt qui τὸ μίλιον metiantur stadijs 7. hoc est, pedibus quater mille ducentis. Itaq; ait Hesychius: μίλιον μέτρον ὁδῶν σαδίων ἑπτά, οἷον ἑπτά ἢ ἡμισεῖ ποδῶν δέσσι. sed in exemplaribus locus corruptus est. Fuere harum rerum apud Græcos et alia uocabula πύγων pollice breuior quàm πῆχυς, Item ὀρθόσωρον recta manus, λιχῶς spatium manus distense ab indice extremo usq; ad pollicem, nos Furspannam dicimus, δίαυλον stadiorum duum, δ'ὀλιχόν 12. apud Suidam

Suidam legitur κδ'. Cursuum spacia, σαθμὸς
omnium longiss. Miliaria 2 s. Semis ἄρξρα, inquit
Suidas ποδῶν. ὁ Sed Herodotus apud Aegy-
ptios ἄρξρα centum cubitorum. Cubitum au-
tem Aegyptium eundem cum Samio fuisse scri-
psit.

At ACTVM 120 pedum Plinius & dupli-
catum in longitudinem fecisse iugerum.

ΠΑΡΑΣΑΓΓΗΣ Persica mensura ualuit
stadia 30.

ΣΧΟΙΝΟΣ Aegyptiaca, 60.

Inter haec uobis inquirendum relinquo quod
Gellius dixit, Septem cubita facere pedes 12. &
quadrantem.

Hanc autem nostram properatam, atq; im-
maturam sane operam: sed datam tamen com-
moditatibus uestris, & gratis amplectemini ani-
mis, & bonarum literarum studia coletis digna
sedulitate & cura.

Exodi 30. scribitur, singulos Israelitas ta-
bernaculo pensionem annuam dedisse dimidium
Sicli, id est, didrachmum. Nam certum est Siclum
continere quatuor drachmas, ein lot, ut Germa-
nice nominamus. Ergo dimidium Sicli erat di-
drachmum. Hanc pensionem, quam lex templo
attri-

attribuit, Romani ademptam templo, suis magi-
stratibus solui iusserunt. Cum autem ea collatio
quotannis ingentem aceruum cumularet (Viri-
tim enim pendebantur didrachma, ut si capita
erant quinquies centum millia, iam summa era-
centum millia coronatorum. Et tamen longe ma-
iorem numerum fuisse puberum Israelitarum
nihil dubium est) dolebant iudaei, tantam pecu-
niam templo eripi. Et plausibilis disputatio erat.
Etiam si toleranda essent damna priuatarum fa-
cultatum, in seruitute: tamen templi iura defen-
denda esse, & Deum defensoribus adfuturum esset
Ideo Christo proponitur quaestio: an pium sit,
haec didrachma adempta templo, Romanis pen-
dere? Christus respondens, significat eos debere
seruitutem tolerare in damnis pecuniarijs, ut
cum nunc Christiani opprimuntur seruitute à
Turcis. Et soluit ipse Christus Matthaei 17. Vbi ad-
paret, exactores peculiariter intentos fuisse in
Christi exemplum. intelligas igitur & eo loco di-
drachmum argenteum, ein ort aurei Rhenani. Sta-
ter uero argenteus erat tetradrachmus.

Hoc exemplum memorabile propter mul-
tas causas adscripsi. Primum, ut studiosi consi-
derent, Deum uelle communi collatione iuuari
Eccle-

Ecclesias, ut Euangelij ministerium conseruetur.
Econtra uero saepe accidere, ut Ecclesie oppri-
mantur seruitute, & eripiantur stipendia docto-
ribus & discipulis, propter peccata eorum, qui
doctrinam negligunt.

Facta est supra mentio aureorum quoque Staterum, qui uncialis erant, & à Regum nominibus appellabantur κροίσσοι, δ'ἀργεῖοι φιλιππῶδοι, & λεξάνδρῶδοι, Valebant autem mina, seu centum drachmis, hoc est, coronatis decem.

Sed alij præter hos grandes aureos, fuerunt in uulgari usu, qui pondus habebant duarum drachmarum auri, ualde usitati, similes ueteribus Romanis aureis, & ualebant duobus aureis Hungaricis. Vidimus tales ueteres aureos Græcos & Romanos aliquot, quorum pondus certò & sine ambiguitate iudicari potest. Prudenter autem considerandum est, ubi fiat mentio Argentei Stateris, ubi de grandi aureo simili Portugalensibus, ubi de uulgari aureo dicatur, ut apud Thucydidem, Lysiam, & Demosthenem Stater est aureus didrachmalis, id est, ualens duobus aureis Hungaricis. Et talem Staterem existimo Petrum in ore piscis inuenisse, ut recitatur Matthæi cap. 17. Plus igitur inuenit, quàm quantum

tum pro duobus soluendum erat Romanis, quia
singuli pendebant tantum duas drachmas argen-
ti, id est, fere quadrantem nostri aurei. Sed uoluit
aliquid superesse Christus eius beneficij autor.

Matth. 18. conferuntur duo serui quorum
prior debet decem millia talentorum, id est, sexa-
gies centum millia coronatorum, seu ut usitate lo-
quimur sexaginta tonnas auri, quantam nunc sum-
mam dicunt esse Annuj redditus Regni Turcici.
Nominat autem Christus tantam summam, ut
commonefaciat nos simul de magnitudine pec-
catorum nostrorum, & de bonitate Dei qui tam
grande debitum nobis clementer remittit. Dein-
de nostram duriciem taxat, qui paruas offensio-
nes remittere nolumus, quia alter seruus debebat
huic nequam homini centum denarios, id est, tan-
tum decem coronatos. Hæc debita conferri cru-
dite possunt cum summarum magnitudo intelli-
gitur.

Chœnix demensum diurnum cuius cognitio
utilis est, non modo propter lucem historiarum?
sed etiam propter exempla diligentie in œco-
nomia, frugalitatis & temperantiae, Norant ue-
teres modum suorum sumptuum, quantum singu-
lis quotidie dandum esset, ut quid sustinere pos-
sent,

sent, animaduernerent. Prodest igitur planius ostendi, quantum frumenti sit Chœnix.

Modius continebat octo Chœnicas. Ait autem Cicero in octaua oratione in Verrem, Modium tritici in Sicilia lege aestimatum fuisse, ternis sestertijs, aut quaternis, si erat Imperatum frumentum. Iam si quatuor sestertij erant precium unius modij, Chœnix erit frumentum pro quatuor Mysnicis numulis. Panis ergo diurnus seruuli erat quatuor nostrorum numulorum, & addebatur uini unus Sextarius, pene ein Nossel.

Quod igitur in sexto capite Apocalypsis in comminatione calamitatis publicæ, famis uidelicet, dicitur. Chœnix tritici aestimabitur denario, significata est magna difficultas annonæ, uidelicet, panem diurnum, qui alioqui emebatur quatuor numulis Mysnicis, emendum esse triginta numulis. Tantam difficultatem

Dei beneficio, Germania longo tempore non uidit.

DE

DE MENSVRIS

EBRAICIS, RECENTIVM
EBREORVM INTER=
PRAETATIO.

LOG seu Sextarius, Est uicesima
quarta pars Sati.

Satum, tertia pars Ephi.

Decem mensurae Ephi, faciunt unum Co=
rum.

Log ergo est minima mensura continens
sex oua, quae si multiplices per 24. habebis men=
suram Sati, nempe centum quadraginta quatuor
oua eyer schallen vol.

Mensura Ephi habet tria sata.

Satum continet sex Cabos.

In Cabo sunt quatuor Login.

Log habet sex oua.

Hac si iuste multiplices à Log incipien=
do, quae in aridis & liquidis minima est mensu=
ra, sex continens galinacea oua, inuenies Ca=
bum continere oua 24. Satum uero 144 oua, &
Ephi, quae & Epha uocatur, continere 432.
oua.

Scribunt praeterea, quod decem Ephi fa=
ciant

C

ciant

ciant unum Homer, quæ mensura Corus dicitur
Luc. 16. Et hæc continet 4320. ova, estq; maxima
apud Ebreos mensura.

Batus liquidorum mensura, decima pars
Homer, continet ova 432. ut Ephr in aridis. Sex-
tarios uero 72. ut testatur Iosephus libro octauo
capite secundo.

Idem Iosephus lib. 15. cap. 11. dicit, Corum
continere medimnos Atticos decem. Quod ma-
gis conuenit, quàm quòd idem autor dicit lib. 3.
circa finem, Corum habere medimnos Atticos. 41.
quem locum mendosum esse arbitror.

Medimnus Atticus autem continet septua-
ginta duos sextarios, Ergo æquatur fere mensu-
re Ephr.

MENSURAE LIQVI-
DORVM IUXTA EBREOS, IUX-
TA GEORGIVM AGRICO-
LAM, ET GLAREANVM.

LOG Sextarius fere ein Nos-
sel.

Hinc duodecim Log, id est, Sextarij duode-
cim

Sim, seu duo Congij Attici, seu duo Choës Attici.

Batus Sextarij Attici septuaginta duo, equalis mensura est Amphoræ Atticæ. Ein halber Lipfischer Eimer.

MENSURAE ARIDORVM.

Cabus quatuor Logi, id est, Sextarij quatuor. Fit mentio cabi in quarto libro Regum capite sexto, ubi inquit. Quarta pars cabi stercoreis columbarum, id est, Sextarius stercoreis columbarum uendebatur quinq; argenteis.

Gomor minus de quo dicitur Exodi 16. ubi singuli colligunt Gomor Mannam, Sextarij sunt septem, & pars quinta Sextarij. Expresse enim ibi dicitur, Gomor est decima pars Ephæ. Fuit igitur liberale demensum quotidianum in collectione manne. Nam Gomor tres choenicas continet.

Iosephus mensuram paruam, Gomor nominat Assarion. Ait in fame emptum esse tritici Assarion, id est, Gomor quatuor drachmis.

Satum, Sextarij quatuor & uiginti, uidelicet cabi sex.

C 2

Epha,

Epha, Medimnus Atticus seu tria sata, cir-
citer ein Lipsischer Schöffel.

Corus sine ulla dubitatione Medimnos At-
ticos decem continet, Medimnus uero Atticus
continet septuaginta duos Sextarios, & fere con-
gruit cum Epha.

Est igitur Corus, circiter zehen Lipsischer
Schöffel, pro apellatione Cori in Ezechiele usur-
patur nomen Homer, & literis differt à Go-
mor.

Lerech, dimidium cori, id est Me-
dimni Attici quinq;

APPEL-

5

APPELLATIONES
 QVADRVPELV M, ET REPTI-
 LIVM QVORVNDAM.

ALce, elend, colorem habet ex
 accēſio nigricantem, pilos oblongos & du-
 ros, ſub collo uelut prominentem πρόλοβον,
 mares corauti ſunt, foeminae cornibus deſtituun-
 tur.

Asinus eſel ὄνθ' ὁ κωϊή.

Asini ſylveſtres, ὄνοι ἀγριοι uel ὄναγροί
 wildeſell.

Aper, ὁ κᾶπερ, wildſchwein animal ſe-
 uum, quod petitum aut iectum iaculis, ſi non læ-
 taliter uulneretur, irruit in uenatorem, arre-
 ptumq; poſternit, & ſuis, quos exertos habet, den-
 tibus diſſecat, niſi aut prolapſus in faciem uena-
 tor, pronus terræ incumbat, aut conſcenſo arbore
 euadat, proſtratum enim & humi iacentem ab
 imo ferire nequit.

Bifontes, Biſῶνες, iubarum prolixitate de-
 formes, figura cerui, inter aures media fronte
 cornua exerunt ramaſa, Sueci elg ſua lingua uo-
 cant, id eſt, wildeſell.

Generis uocat. Biſunt. C 3 BOS
 et uocat biſontes hinc ſunt.

Bos βῶς, Βοῦς ἀρξήμ, ochse.

Βοῦς θίλεια, uacca kbu.

Buccula δαμαλίσ, iunge kalbe.

Vitula ποστίς kalbe.

Vitulus μόχ & kelblein.

Taurus ταῦρος, ochse, stier.

Tauri sylvestres, ταῦροι ἄγριοι, bubalī
püffelochsen, grandi corpore, cruribus breuibus,
nigra pelle, cornibus longis & nigris, capite
proportione paruo. Sunt & alij velocitate in=
signes, colore fuluo, pilo in contrarium uerso, ri=
ctu ad aures dehiscente, tergeri duritia silicis,
omne uulnus respuens.

Gesnerus pilat
yse. Ein
wild. Büffel
ant.

Bonafus, ὁ Βονάσος uel μόναπος, auer=
ochs, magnitudine bouis, sed corpore latiore, co=
lore flauo, iubata ceruice, cuius color ex cinereo
& ruffo mixtus.

Camelus κάμηλος kammelthier, animal
grande, longo & gracili collo, capite exili, al=
tis cruribus, amplo pectore & uilloso, tuberibus
in dorso binis ut ephippia eminentibus, colore
fusco uergente ad flauedinem, inimicum & in=
fensum equis, alienissimum ab incesto coitu. Pul=
lus matrem non attingit, ne quidem si cogatur &
compellatur. Refert Aristoteles, pullum quen=
dam

Camelus Bactrianus. kammelthier.

Camelus Arabica uel Dromas. Dromedary

dam, cum admissarius (quem ὀχῆϊον Græce uocant) desideraretur, ad matrem uelatam et instratam operimentis à curatore adductum primo eam conscendisse, sed cum delapsis operimentis innotuisset, statim ceu furore percitum in καμηλίτην irruisse, et correptum morsu interemisse.

Cercopithecus, κερκοπίθηκος, meerkat, *Simia cauda*
dissimilis cæteris simijs uoce, pilo asinino, nigro *τα.*
capite, proluxa cauda.

Crocodilus, κροκόδειλος uel ἀπὸ τῶ δειλαίνεω κροκόρ, refugit enim terrenus crocodilus croci nidorem, uel ἀπὸ τοῦ δειλαίνεω τούτῳ κροκάλας, reformidat enim aquaticus littora, timidissimus natura. Est autem alius ποτάμιος. i. fluuiialis, alius χερσαῖος, id est, terrenus, quem scincum, σκίγκον uocant, soli crocodilo superior maxilla mobilis, inferior immobilis et fugit insequentem, fugientem prosequitur crocodilus.

Chamæleon, χαμαιλέων, colorem subinde mutat, redditq; eum, quem proxime attingit cauda et corpore præter rubrum et candidum. Figura lacertæ, cauda longa.

Capre ζάγος vorschnittener bock.

Hircus τράγος vorschnittener bock.

C 4

Capra

Capra αἶξ, χίμαιρα, quæ peperit, zige, geysß.

Capella, χίμαρα, quæ nondum peperit.

Hædi, ἔριφοι, ziglein, geysßlein.

Capræ δ'ορκάδες, reech.

Capreolis Mosi Capreoli reehpocklein.

Ein bisam wst.
Erjarnis. Cerui speciem hi, præferunt corporis cornuumq; figura, sed minores multo, ualent acumine uisus, uocem emittunt sonoram, quam dum inflatis folijs uenatores imitantur, latitantes euocant & alliciunt, ac procurrentes uel iaculis configunt, uel uiuos capiunt.

Damæ, πρόκες, gemsen mit hörnern fur sich gebogen, magnitudine, figura & pilis capreis respondent, sed cornibus differunt, quæ his sunt non ramosa, sed longa, plana, acuta, & antrorsum incuruata. *Agv.*

Rupicapra, σφεικέρωτες, à damis cornibus retrorsum inflexis differunt, gemsem mit hörnern hinder sich gebogen.

Canis, κύων, hund, κωίδιορ, catellus, hundlein.

Catuli, σκυλάκια, iunge hundlein.

Ceruus, ὄελαφ, hirsch.

Cerua ἡέλαφ, hinde, hæc caret cornibus, quibus armatur ceruus, estq; cornuum maximus
usus

usus in medicinis, ut & ossis carthilaginei, quod
in sinistra basi cordis ad orificia arterie magne
& arterie uenalis, duorum circulorum figura,
se se mutuo contingentium, consistit.

Erinaceus ἐχίνος ὁ χερσαίος, sigell, notum
animal, pelle aculeata uestitum undiq; præter
quam ima parte, cui lanugo mollis, rara, & inno-
xia, alimenta conquirat, & præparat ad hyemem
magna solertia, contracta enim ore, pedibus, ac to-
ta parte inferiore, se in pile formam complicat,
uolutatusq; supra poma humi sparsa aculeis ea
configit ut adherescant, & onustus præda se ex-
plicat rursum, unoq; ore arrepto in cubile reuer-
titur. Duo Erinaceorum genera, porcini & cani-
ni, sawigell & hundsiggell.

Equus ὁ ἵππος ὁ pferdt.

Equa, ἡ ἵππος ὁ, & ἵππος θήλεια feldyn.

Pullus equi πῶλος, fülchin. Equorum alij bel-
latores, alij itinerarij, alij uectarij.

Sunt & qui asturcones ac gradarij uocantur,
zelter, geneeter, quos in Hispania Thieldones gi-
gnunt.

Cantherini, equi castrati, zwallachen.

Marones, λεονόψαροι, plassentales Thracios
fuisse equos constat, de his extant uersus apud

Vergilium. Thracius albis.

Portat equus bicolor maculis, uestigia primi,
Alba pedis, frontemq; ostentans arduus albam.

κέλητες renpferde, ueteribus in usu fuerunt
duo genera equestrium certaminum, συνωρίς &
κέλης. In synoride agitabantur bigæ, κέλης erat
agitatio μόνιππος.

Elephas, elephant, animal ex picturis nobis
notum, ab ore προβοσκίδ' α demittit longitudi-
ne decem cubitorum, dicitur extimescere mures,
ijsq; terreri ac fugari, & cohorrescere ad grun-
nitum porcorum.

Fiber, κάσως, fiber, biber, animal ἀμφίβιον,
prioribus pedibus caninis, posterioribus anseri-
nis, quibus cum natat in aquis remigat, pelle cine-
rea declinante ad nigredinem, cauda oblonga,
lata, & cartilaginea, qua uice gubernaculi flui-
tans in aquis utitur, horrendi morsus, arbores
iuxta flumina ut ferro cedit, hominis parte com-
prehensa, non antequam fracta concrepuerint os-
sa, morsus resoluit, testes eius medici castoreum
uocant, bibergeel.

Cañis.

Feles, αἰλῶν & , katz, notum & domesticum
animal, figura præsertim faciei, unguium, & den-
tium leoni ualde simile.

Glis,

Gesnerus aliter designat. Vocat. fess.
mimum ponticum; fessum, ut vocant.

Glis, ὄξα, fess, schonbergk, est enim ualde cognatum animal sciuro castro, sed breuioribus pilis & teneriore pelle constat. Colore uarium, in dorso caesum, inferne album, breui pilo, molli & tenero, semiferum, genitorem senecta fessum in signi pietate alit, incunte hyeme abdit sese in caua arborum, & tota bruma delitescit ac pinguescit, aestate prodit rursus ac uelut iuuenescit, uersatur & degit in syluis.

Hystrix, ὕσχις, ex erinaccorum genere, longis contecta aculeis, & cum intendit cutem, missilibus, colore uarijs, ora his uergetum pungit canum, & longius etiam ei aculatur in prosequentes, stachel schwein.

Hyena, ὕαινα, ignota, in mortuorum sepulchra sese condit, & noctu ouium adit stabula, redditisq; quas audit, uocibus pastores euocat, egressos laniat ac deuorat. In imagine ponit Gesnerus.

Ibex, ἀιγοκέρας, steinbock, in alpibus frequens est, magnitudine hirci, cornibus grandibus, quibus se ex altis defiliens rupibus excipit & fulcit, ne terrae aut saxis allidatur, mirandae pernicitatis. Famina uocatur ὕβρις ὀδρ ὕβρις ὀδρ. Gesnerus.

Leo, λέων, Leona λέαινα iuba caret, quam leo habet, pelle fulua uestitur, antequam uillosa.

Glinm
uile esse
muit quod
uocant. die
gross Basel
mause.
Agricola Glis
ut uult et
Sciurum.
Cum tam
quidam pilant
Glis esse
illud animal
quod uocant
Glin fessum
frequens in
Belg. co.

Apud mecum
us Capri cor
nis.

losa, posterioribus brevibus & confertis intexta pilis, oculi ei χάρωτοι, facies feli similis, terretur & in fugam uertitur galli cantu.

Lupus, λύκος, wolff, ferox bestia, fraudulenta & crudelis, sed amans sobolis suae, figura canibus non admodum dissimilis.

Lynx vulgo faciem felis habet.

Lupus ceruarius, θώς, luchs, acerrimi morsus animal, oblongum, brevibus cruribus, pelle indutum albicante, supra subpurpurascete, sed maculis notisq; uaria, quae speculorum instar radiant, pilis mollibus, confertis, longisq; obsita.

Lepus, λαγώς χερσαίος, hase, alias est, δαλαΐτιος, id est, marinus.

Cuniculus Indicus qui iam ad nos peruenit. Sicut & alius alij flauis. et in canibus u. sicut.

Cuniculus δασύπτερος uel κούνικλος, minor lepore, albus aut uarius, caetera lepori similis, antra quaerit & excauat in montibus, eaq; aequat puluere, ne peruestigentur, foetus horum quos uel uberibus ablatos, uel uentre exectos ueteres in delitijs habuerunt latini laurices uocauerunt, Kuniglein.

Lynces in Suetia circa hyelso uel helsingiam frequentes sunt, oculis perspicaces, in collo uarij & maculosi, linguas habent serpentinae, quas exerunt & exporrigunt in longum, ungues magnos, oculos prominentes, colla flexibilia, quae mirifice circumagunt.

Lu

Lutra & Lutris, ἐνυδρίς, otter, natter, ἀμφοτερίζει ut fiber, longior latiorq; catto, colore fusco, nitente, cruribus breuibus, longa cauda, pilo pluma molliore, acutissimi morsus, hominis parte comprehensa, non desinit à morsu, nisi fractorum audierit ossium crepitum.

Latax, λάταξ, ex aquis rictum petit, ut lutra, Noertza uulgo, Nurtz.

Lacerta σαῦρα, lacerta uiridis, gruneidex.

Lacerta chalcidica σήψη ἢ σαῦρα χαλκίδικη, kupffereidex. *Ses. Ar.*

Lacerta aquatica, wassermolch, wassereidex, qua pro scinco haecenus multi usi sunt.

μονοκέρω, unicornu, einhorn, animal corpore equo simile, capite ceruo, pedibus elephanto, cauda apro, uno cornu nigro duum cubitorum media fronte prominente, uiuum non capitur.

Mustela, γάλη & γάληκατοικίδιος, id est, mustela domestica, dwissel, bilchen, milchmeuslein, inferne alba, fulua supernè, minor syluestri mustela, mutat sedem quottidie, & transfert catulos, odit & persequitur serpentes acerrimè, cum quibus congressura munit se ruta.

Mustela Rustica uel syluestris, ἰκτίς uel γάλη ἀγρία. eltiß. forma, albedine partis inferioris,

*Agricola p. 11,
lut. 178
Sonn. m. 17
18.*

Vulgo uocat. *Vioris, & astutia mustelae similis, officit aluearijs*
fulorim .a. & ὄρνιθοφάγος est.

pilo r. quia Mus *μῦς* maus.

capit uat. d. Mus ponticus, *μῦς ὁ πόντιος ὁ λευκός*, solus
Cofm: *Asi*, enim hic ex muribus albus, hermlcin, paruus, mu=
gus a mē stelarum figura, hyeme candet instar niuis, aestate
stela tantū flauescit, inferne tamen semper albicat, extrema
Colop. *ca* cauda nigerrima.

uocat albū Mus aquatilis, uel testudo lutaria, *ὠμῦς* uel
me stela. *μῦς ἢ ἐξιῶσα ἔκ τοῦ ὕδατος* wasserm Maus.

Mus marinus.

Alpino. Mus alpinus *murmeltier*, quiescens aut co=
Entra medens residet in clunes, binis ingreditur pedi=
bus posterioribus, prioribus ut manibus utitur,
magnitudine melium, frequens in alpibus.

Mus araneū Mus Araneus, *μυγάλη*, ratz, murium maxi=
vocat Gryn: mus, fuscus, nigris in facie maculis. *Ag:*

gryn Germanij Sorex genus murium subrubens, longa cauda,
Acumē Spitz acuta uoce, *spitzmeislein*.

uocat Sorex Mus subterraneus, *schurmaus*, rubet & nigri=
et uocat eat.

Soricem mē Mus noricus, pile. *C. h. uas.*

rem Syluestri Mus lassitius, *lassitz*.

minorē . d. Mus Syluestris uel corylinus, *haselmaus*, rubet
Elmī Sasel cauda pilosa, delectatur *auellanis*.

Meles



Meles, dorso lato, mordax, pilis superne ad nigredinem uergentibus, albis tamen aspersis, inferne candidantibus, uertice nigro, laterotenus albo, in metu sufflatae cutis distentu ictus hominum & morsus canum arceat, uulgo dachsus, dachs, duo melium genera, unum caninum, quod est πολυχιδής. Alterum suillum δισχιδής.

Martes, marder, animal figura Mustelae, magnitudine felis, longius tamen & breuioribus cruribus, superne fuluum, cum quadam fuscedine, inferne candidum & flauum, huic cognata, Zobella prestantior marte colore & pelle, caetera similis zobell, illam σαθέρσιον, hanc σαθύριον Aristoteles, ut opinor nominat.

Machlis alci similis, altis cruribus nullo propaginum flexu, celerrima, quietura in terram non procumbit, sed inclinata aliquantulum, stans corpore arboribus innititur, frequens in Moscouia, elend incolae uocant ut alcen ueram.

Mulus, ὄρευς, asinus syluestris uel montanus, maulesell, sui generis animal ab ἡμιόνω diuersum, Latini uocabulis non distinguunt.

Mulus, Mula, ἡμιόνος, differt a mulo montano, ἡμιόνος enim nullum animal gignit, ut inquit Aristoteles, τῶν ἡμιόνων γένος ὄλον ἐγονοῦσθαι.

Mustela syluestris apud Ag: in Grj.

Das (mit) Sued. Skinn uerker. und pauer uerker mit Kolan.

ἄγονορ, Latini ex asino & equo natum, mulum,
ex equo & asina, mulam, ex equo uero & asina
marem, hinnum uocant.

Oues, πρόβατα quæ pariunt, schoff.

Oues, quæ non pariunt, οἶες, scheps.

Verueces, hammel, mares castrati.

Agni, ἄγνες uel ἄμνοι, lemmer.

Aries, κριός, wider.

Oryx de caprearum genere bisulcus, unicor-
nis, prægrandi corpore, magnitudine hirci, barba
sub mento promissa.

Pardus, πανθηρ, Lupus canarius, animal ut qui-
busdam placet sui generis, alij marem panthera-
rum esse opinantur, frequens in Aphrica.

Panthera, πᾶσι δ' ἀλις, bestia maculosa tota,
notis uarijs, orbicularibus, & fuluis ac nitenti-
bus conspersa, amica feris omnibus præter aspi-
dem & draconem, capitur uino inebriata, ut Op-
pianus refert.

πλατυκέρωτες, ceruis similes sunt, lata ha-
bent cornua, ramosa, ceruices iubatas, danhirs.
Prussia his abundat & Liuonia.

ῥινοκέρως, grande animal, unum in nare cor-
nu habens, sursum uergens, quo ad Saxum limato
preparat se pugnae cum elephanto, cui natura
hostis

hostis est, & in dimicatione aluum maxime petit,
quem scit elephanto molliorem esse.

Sciurus, σκίζος & ἡ καμψίζος & eichorn, mu-
stela paulo altior, rutilus, sed hyeme rubedinem
in cæsiuum uertit colorem, caudam oblongam, uil-
losam, & densam habet, qua cum residet, inflexa,
dorsum caputq; tegit. cursu saltuq; ualet & tem-
pestates præuidet, obturatis enim qua spiraturus
est uentus cauernis, ex alia parte fores aperit.

Sciurus cæsius, figura, magnitudine, moribus,
& uictu cum priori omnino conuenit, colore di-
screpat, qui huic in dorso cæsius, imo uentre can-
didus est, pilis mollissimis uestitur & delicatissi-
mis, fech, schonbergk.

Saterium, σατέριον, Marder, Martes uulgo.

Sathyron, σαθύριον, zobell, zobela. r

Simius, σίθηκ & Aff, genera Simiorum plu-
ra & diuersa,

κυνοκέφαλοι à caninis capitibus, quibus ef-
feratior natura, affen mit hundsköpffen.

Satyri & Sphinges mitißimi.

καλλιτριχες toto pene aspectu differunt, bar-
bam habent in facie, caudam late fusam, uulgo
Aethiopice Simiæ nominantur, ex hoc genere

D

qui

qui albent toto corpore, reliqua prioribus simi-
les. Indicae uocantur Simiae.

Scincus, σκίγκος uel κροκόδειλος χερσαίος
non est wassermolch uel wassereydexen, sed ex
Aegypto affertur.

Sues ὄες, Mares latini uerres, foemellas scro-
phas nominant.

Porcus, χοῖρος, geschnitten schwein, inde χοι-
ράδες, id est, strumæ seu scrophulae.

Domesticae sues, ὄες ἴμεσαι, syluestres & fe-
rae, ὄες ἀγριαί.

Rana uel rana subcinerea, βάτραχος χερ-
σαίος, frosch, βατραχίον ranuncula.

Rana uiridis, βρέξας ἢ καλαμίτη, laubfrosch,
βάτραχος χλωρός. Vocalis est, & noctu ma-
xime clamat insidens arboribus aut plantis.

Rana temporaria, reinfröschlein.

Rana rubeta, bufo, ὁ φηνός, maxima omni-
um, ueneni plena, & gemina uelut cornua ha-
bens, Krott.

Rana uenenata fossilis, πυριφηνός, feuer-
krott.

μολδρίδες, βατραχίδες, γυρίνοι, kawelkrot-
ten.

Serpens

Serpens schlang, plura serpentum genera.

ἄκοντίας ἔσ' ἄκοντιζός, toto corpore exten-
so in longum, iaculi instar insilit in obuios, ἔ
uenenato aculeo ualide in corpora adactō sauciat
atq; inficit, unde ἔ nomen habet.

ἀμφίθεαυα zweyköpfficht schlangen, est
enim ἀμφικέφαλος, caput habens geminum,
unum ad caput, alterum ad caudam.

Aspidum genera Aegyptijs nota sunt, quibus
ad ubera admotis post Actiacum praelium sese in-
terfecisse Cleopatra commemoratur. Tria genera
recensentur, πύαξ ab expuendo ueneno deno-
minata est, collo enim exerto, praeentataq; ἔ
explorata corporis quod petit, distantia, postea
uirus eiaculatur. Χεσσαία alterum genus. Χελί-
δόνια tertium.

Anguis ein Schlang. Vocatur ἔ nomine gene-
ris serpens. Nasci hanc ex medulla spine homi-
nis tradunt, etsi sua quoq; est anguibus coeundi
ἔ pariendi consuetudo, dissident naturali odio
à mustelis, ἔ saliuam hominis, ut exitiale ipsis
uenenum fugiunt. Cum læserunt hominem, terra
eos non recipere amplius dicitur.

Βοά, vnck, habitatas domos subit, ἔ halitu
D 2 uenenato

uenenato sepe totas inficit, ad ubera adrepat uac-
carum, quæ sugens & pinguescit & in molem au-
getur immensam.

Basiliscus, βασιλίσκος & serpentum uenena-
tissimus, ut qui solo halitu interficit, urit, & cor-
rumpit obuia quæq; adeò ut qui conspexerint sal-
tem uel stridulo sono perstreptentem audiuerint,
solo obtutu sonituq; inficiantur. color eius ex ni-
gredine ad cinereum declinat, caput ornatum est
diademate, cui chrysolithi color, albedine suffu-
sus, occiditur à mustelis domesticis.

Cœcula, τυφλώψ, τυφλίον & blindschleiche.

Calabricus serpens ignotus.

Natrix, Coluber, ὕδρ & χειρὸ ὕδρ & Nat-
ter, serpens aquaticus, fontes ueneno inficit.

κέγχρις, ignotus. Lucanus eius meminit. Et
semper recto lapsurus limite cenchris.

κέρασις, serpens cornutus, spinis caret, pro
quibus carthilagine habet, ideoq; flexuosior cœ-
teris. capiti octo cornua insunt, conuoluta con-
ortaq; ut arietum cornua, hornichte schlange.

διψαξ, figura uiperæ, longitudine palmi, tota
nigris compuncta maculis, nomen ab effectu ac-
quisiuit, sitim enim in ijs, quos sauciat & ueneno
suo imbuit, accendit inexplebilem. Qua uelut
ardenti

ardenti flamma uruntur interius, adeo ut &
rumpantur quandoq; ut plurimum uero consum-
mantur.

δρῖνιϑ uel χέλυς & eichschlange.

Latibula habet sua id quercuum radices, tan-
taq; ueneni eius est i rulentia, ut solo contactu
membra, quæ attingit, & tota cute denudet, &
tumefaciat, moxq; eodem malo corripuntur, qui
læsa membra contrectant. Cum peti se ab aliquo
sentit, uenenatissimos & foedissimos emittit fæto-
res, quibus organa olfactus adeo corrumpuntur,
ut nullos amplius odores alios sentiant aut discer-
nant.

δρακῶν draco, drach

πόρφυρος ignotus.

πρῆσις cuius Lucanus meminit, Oraq; disten-
dens avidus fumantia Prester.

σκυτάλη.

σηπέδωρ.

ἢ σηψ a putrefaciente ueneno nomen habet.

Ichneumon ἰχνεύμων ἑστίν: ἡ οὐσία. In Diana] se manf

Vipera ἐχιδνῆ. μαρ ἐχίς, his germania caret. o In] Indra

Mira de eis Nicander refert. Coeunt mare se-
men in os foemelle proijciente, quod dum collo in
os eius inserto peragit, foemella caput mari præ-

D 3

cidit

uif] BT ottor.

cidit dentibus, foetus postea ubi maturuerunt uelut ulciscentes parentem excisis corrosisque lateribus uteri materni erumpunt, atque ita pereunte matre eduntur. Ob hanc causam antiquitus lege Pompeia parricidae non gladio, igne aut alijs usitatis supplicijs afficiebantur, sed insuti in culeum bubulum cum cane gallinaceo, simia, et uipera, quod horum similes essent, proieciabantur in mare aut uicinum flumen, ut omnium elementorum usui uiui mortuique priuarentur.

Tyrus de uiperarum genere.

Stelliones ασκαλαβοι et ασκαλαβώται Tarantulae Italicae, senectutem quam exuerunt, protinus deuorant praeripientes comitali remedia, in dorso pellem habent picturatam, uariamque punctis, quae instar stellarum radiant.

αιμορροϊς, ηη αιμόρροϋς serpentis genus, a quo icti, per os, naresque, et totum corpus sanguine effuso intereunt.

έλλοπερ, λύβιερ, μναγροι, ignoti.

Scorpius σκόρπιον.

Salamandra, ein molch, lacertae similis, cauda prolixa et flexuosa, pedibus aduncis acutisque, cute aspera et scabra, incessu tardo, oculis profundis, colore albo, ignem quem tangit extinguit, tanta ei frigiditas. Talpa

Talpa, ασκπάλαι multworff, animal notum,
nigrum, pelle murium, quod sub terra degit, e=
amq; suffodit & subruit egestis uelut colliculis,
uisu destituitur, cute tamen detracta, quæ cras=
siuscula est, uestigia oculorum cernuntur, nimi=
rum orbiculus nigricans, & in eius medio pupil=
la, quam κορη uocant, tandemq; utriq; circum=
fusum τὸ κυκλώπιον.

Tarandus, suecis notus, magnitudine bouis,
capite ceruino, ramosis cornibus, uillo ursino,
ungula bifida, ad cursum celerem expeditissimus
& agilissimus, succi uocant ein Reen. Nos Reinen
& Rayner.

Tigris, tigerthier, animal hyrcaniæ notum, ual=
rium, colore nigro, maculis fuluis uelut guttu=
lis persperso, χιζόπους & γαμψώνυξ, πολυ=
τεκν & φιλότεκν, ereptam enim prolem
odore uestigans, prosequitur tantisper donec in=
ueniat, Raptor fera conspecta, unum ex catulis
abijcit, quem illa arreptum in specum refert,
ac reuertitur ut accersat reliquos, iterumq; al=
tero recepto, & tertio quartoue repetit cur=
sum, & assequitur atq; accelerat raptorem (est
enim mirandæ uelocitatis) donec extorqueat &

recuperet omnes, nisi aquis excludatur sobole nau-
uigijs auecta.

Tragelaphos, brandhirsch, animal cornibus
armatum ceruicis, sub mento hyrcina decora-
tum barba, uilloso pectore, robustum & pu-
gnax.

Ursus, ἄρκτος, behr, robur urso in reliquo
corpore & potissimum anterioribus pedibus, ca-
put enim inualidissimum, ut leoni fortissimum,
ideo urgente necessitate precipitaturus se ex ru-
pe capite pedibus aperto desilit, ac sepe cranio
infraeto exanimatur.

Catuli Ursorum, σκῦμοι uel σκῦμνα, edit
autem ursus rudem & informem massam, quam
lambendo fingit & format.

Vierra, huius duo genera, Vnum capite uar-
io, dorso rubente, uentre subalbido, cuti adeo
tenaciter pili inhaerent, ut à corpore citius ipsa
abstrahatur, quam euellantur pili, hamster. Alte-
rum mustela maius, colore ex albo croceoq; mi-
xto, cuniculis infestum, gratum propter eorum
uenatum, ex antris enim in retia cuniculos pro-
pellit, furette. Vtrumq; ὀξύχολον & μάχι-
μον.

Vulpes ἀλώπηξ, fuchs, notum animal, calli-
dus

dum & fraudulentum, foueas melium ipsis ab-
sentibus, ingreditur, conspurcatis suis excremen-
tis foetore inquinat & inficit ingratiſſimo, quem
illi abhorrentes cavitates deserunt & nouas pa-
rant, sic domicilia nullo labore acquirit, male af-
fecta pini resina se sanat ac restituit.

Vri ceruis similes sunt, ui & uelocitate in-
signes, uelocissime rhedas & currus per niues
trahunt, cognati alcibus, & septentrionalibus
noti.

Vros Gysn:
facit
an 1208/1210

Zapetion feli simile animal, ex cuius genitali-
bus eruitur quod zibetum uocatur, zibetcatz. Est
& aliud feli non absimile, in cuius umbilico laxio-
ris utriculi modo prominente, ex effuso in eum
sanguine Moschum generatur, quod attrito rup-
toq; umbilico reijcit, bisemcatz.

Est apud Aristotelem & μελιτᾶϊόν κωνί-
διον, sunt enim Canum genera plura.

Canes uestigatores, quorum in uenatu solertia
& sagacitas plurima, odore enim scrutantur ex-
plorant & peruestigant occultatas feras, κῶνις
ἰχθυεὺς, Spürhund.

Canes iuenatici qui latebris eiectas & fuga-
tas feras prosequuntur, & uel capiunt uel in ex-

D S

panse

panfa compellunt retia, κῶνες θηρευτικοί, Jag-
hund.

Canes domestici, qui custodia domorum cau-
sa aluntur, κύνες ἐπί φυλακῆς uel οἰκῆς, Haus-
hund.

Molossi, μολοσσοί uel μολοτῆοί, canes gran-
diores, qui gregibus praesidij & defensionis
causa contra lupos adiunguntur, κύνες ποιμενι-
κοί, Schaffrüden.

Catelli μελιτῆα κύνισια uel μελιτῆοί κύν-
ες, qui in delitijs habentur & exercentur atq;
assuefiunt ad ludus saltusq;, Lusthündlein. Cōmune
omni canum generi cæcos gignere, qui eo tardius
uisum accipiunt, quo largiore lacte aluntur, ante
septimum tamen diem nunquam cernunt. Aiunt si
unus gignatur nono die cernere, si duo, decimo,
totidem cæcitati dies accedere supra nonum, quos
uno partu foetus eduntur.

APPELLATIONES INSECTORVM.

Apes, μέλιτῆα, binen, κηρόποια. Has
mortuas sunt qui putent reuiuiscere, si in-
tra tectum hyeme seruentur, deinde sole uerno
torreantur, ac ficulneo cinere toto die foueantur.

In totum

In totum uero amissas reperari, uentribus bubulis
recentibus cum fimo obrutis. Vergilius ex iuuen-
corum cada ueribus, ut ex equorum uespas & cr a
brones, ex asinorum scarabeos nasci tradit. Et no-
tus est uersus grecus, ἵπποιοι μὲν σφηκῶν γένε-
σις, ταῦτοι δ' ἐ μελισσῶν.

Dux Apum praestantior, ἡ γέμων πυρρὸς, der
rotliche bienen König.

Apes rotundae & uariae, quae optima, μέλιται
σφύγγυλαι καὶ ποίκιλαι, Runde bienen vnd
sprenglicht.

Apes longae μάκραι, similes crabronibus, len-
gelicht bienen.

Fures, φῶρες, nigrae apes cum latiore uentre
Schwartzbienen.

Aranei, ἀράχναι & ἀράχνια, spinnen, gene-
ra araneorum plura.

Phalangia φαλάγγια, quorum differentiae
septem.

ῥῶξ & ῥάγιον acino nigro similis, ore mini-
mo sub aluo, pedibus breuissimis tanquam imperfe-
ctis, dolor à morsu eius qualis à scorpione.
Kleine schwarzespinnen, rund wie ein Weinbeer.

Stellio, ἀσέριον, albis seu stellatis uirgulis di-
stinguitur, Kleine sprenglicht Erdspinnen, Vnde
stellionatus crimen. Cœruleus

Cœruleus Araneus, κυάνεον, lanugine nigra,
saliginem concitat & uomitus.

Araneus Muscarius, ἀγρώσκης, Venatur mu=
scas, telis in parietibus latissime expansis, Fligen=
fanger.

σφικέλιον & δύσδκτι, à difficili pugna de=
nominatum, inimicum uestris, à crabronibus pen=
na tantum differt.

Μυρμήκειον, araneus capite formicis similis,
aluo nigra, albis guttis distincta, uestparum do=
lore infestat: septimum cantharidibus simile.

Alterum genus araneorum ὄλκορ & λύ=
κειον uocant id est lupinum. Species eius duæ, Vna
quæ non textit, λύκος μικρός, Altera quæ ad sc=
pes textit, lanuginosa, grandi capite, λύκος μέι=
ζωρ, id est, lupus maior, Zaunspinnen.

Tertium genus ἀνώγκμορ, sapientissimum om=
nium & artificiosissimum in textura.

Quartum τετραγνάθιορ Plinio.

Apylo, tabanus, αεστρὺν, ὄισσορ, bremse, pun=
git & infestat equos in aestu.

Aureliæ, χρυσάμιδες, Goldwurmlein, fiunt
ex crucis olerum, & oleribus insidunt.

In raphani folijs enim primo uere ros calore
solis spissatus cogitur in milij magnitudinem. Inde
porrigitur

porrigitur uermiculus paruus, & triduo mox eris-
ca, quæ adiectis diebus accrescit, immobilis, duro
cortice, ad tactum tantum mouetur aranei, hæc
deinde eruca, quam ἄρουρα ἀλλήλα appellat, rup-
to cortice uolat papilio.

Bombyx, Βόμβυξ, Seidenwurm. Sunt autem
bombyces primum erucæ albæ, cum sericum nent,
ex his bombyli fiunt, ex bombylis Necydali, ex
Necydalis sex mensibus uicissim bombyces.

Blattæ lucem fugiunt, & ex humida nascun-
tur materia, heimen, differentiæ earum tres.

Molles, μυλοῖκα quæ circa molas nascuntur,
& quæ odoris tædio inuisæ, acutas clunes ha-
bent.

Grylli à blattis differunt. Sunt enim animalcu-
la similia locustis sine pennis, græce τρυξάλιδες,
Feldheimen, Feldgryllen, Feldhewschrecken.

Blattæ uirides, σίλφαι ἃι εἰν τοῖς ἄστο-
κοποίοις, Meelwurm, Brodwurm.

Blattæ pistrinariæ, ἃι προσοκιδίδες, arro-
dunt herbarum & præcipue porri folia, unde
porricidæ nominantur.

Bruti, ἀπὲλγβοι, krautwurm, krautkefer,
Sprenckel. Bupre

Buprestes, Βύπρηςαι, qualster, species Cantharidum, Simillima scarabæo longipedi, fallunt inter herbas boues, deuoratæq; , ita inflammant eos, ut rumpant, unde & nomen inuenerunt.

Clerus, κλήρος uel πυραύσης. Vermiculus araneo similis, qui parit in alucis, nocet fauis & facit ut examen agrotet.

Βυκαρίδες, uel όνοι, uel όνισκοι, uel τίλοι, latine millepidæ & multipedæ, uermes pilosi, qui nascuntur in humidis locis, uel sub uasis aqua repletis, multis pedibus arcuatim prorepunt, tactuq; contrahunt se, eselchyn.

Crabrones, ανθίνου, horlitzgen, in cauernis ac sub terra nidos faciunt ex luto.

Crabrones syluestres, ανθίνου αΰ άγρια, in arborum cauernis degunt, ferociores multo & nocentiores prioribus, ictus eorum absq; febre non est, duce[m] eligunt ut apes, & aculeo omnes armantur.

Culices, ασπίδες, σκνίπες, Mucken, schno=cken, differentia culicum plures.

Culices ficarij, ψήρες, ψήνες, generat hos caprificus fructibus suis.

Culices uinarij, κώνωπες, oriuntur ex Vermiculis. qui uini fece acescente gignuntur.

Culices

Culices multiones αἱ ἐμπίδες, ex tipulis quas
ascaridas graeci uocant, circa puteos & aquas na-
scuntur, wassermucken.

Cicada τέττυγες Heuschrecken, differunt
à locustis nostris, quæ in segetibus degunt. Cicada
sonoræ quæ canunt, ἄχετοι, Minores Muta,
τεττὺ γόνια.

Cicindela, Nitedula, duplices sunt, aliæ non
uolant, πυγολαμπάδες αἱ ἄπτεροι, à clunium
fulgore nomen sortitæ. Fiunt ex crucis pilosis,
& mutatae degenerant in Cyrras, βοσρύχες
dictos.

Aliæ uolant πυγολαμπάδες αἱ πτέρωτοι,
Cicindela uolantes, licht Mucken, lucent de nocte
& in tenebris oculos uelut fulgore præstrin-
gunt, circa elychnia uolitant uesperis.

Cantharides, αἱ κανθαρίδες, Muscæ uirides,
Goldkefer, foetent & cum uim habeant διδρα-
κίη, incautius sumptæ renes exulcerant.

Cimices, κορεῖς οἱ ἀπὸ κλίνης, Wanzen.

Cossi, ξυλόφθογοι, Holzwurm, uocantur &
σκώληκες, sed nomen hoc generale est.

Cossis cognati θρίπες, sed minores, kleine
Holzwurmlin.

Crucæ

Erucæ κάμποι Raupen. Erucæ pinorum
πιτυοκάμποι.

Formicæ, μύρμηκες, Emsen, laboriosæ sunt,
tota æstate conuehunt & reponunt, quo hycme
fruuntur.

Fuci, κηφῆνες, threnen.

Gurguliones, κίες, Korn wurm, in frugum ex-
cussis granis nascuntur, eaq; corroduunt & deuorant.

ἄιλαμπυρίδες, fewr Kefer, lucent ignium
modo noctu, clunium & laterum colore.

Hepiolus, ὁ ἠπιόλος, papilionum genus, quod
circa lychnum uolitat noctu, kleiner zweifal-
ter.

Hirudo, ἑδέλλα, à sugendo, ägel, sanguisuga.

Lentes, κορίδες, nissen, ex coitu pediculorum
inter se generantur in capite.

Locustæ, ἀκρίδες, sic dictæ ὡς ἐπὶ τῷ ἄ-
κρω ἀθέρω τὸ σιτὸν ἰπλάμενα, uariæ sunt
differuntq; magnitudine & coloribus, germani
una uoce Heuschrecken uocant, ἀκρίδες αἰρί-
χάκοσκα uel ὄνοι, latine asiraci uel aselli, in
Lybia comeduntur, carent alis.

ἰπες, latini byturi, uermiculi, qui ex austrina
cæli

cœli constitutione nascuntur in uitibus, cum primum germinant, easq; erodunt.

κάρπαι in oleis nascuntur, cum primum germen protrudunt uel efflorescunt.

κράμβοι, uermes in uuis & pampinis nati ex affectione ærugini, simili.

ἄκαρι, animalculum quod in uetusta cera gignitur.

Lytta, λυττᾶ, uermiculus in lingua canum, quo exempto catulis, nec rabidi fiunt, nec fastidium sentiunt.

Lumbrici, ἔλμινθες, nascuntur in animantibus, & eorum intestinis præcipue, wurm.

Σόγυλαι, lumbrici rotundi, runde wurm und lange.

πλατῆραι, lumbrici luti, dicke wurm.

ἄσκαριδες, latinè tipule, kleine wurmlein.

μίδαι, uermiculi consumentes fabas, bonen wurmleim.

Musca, μύαι, Fligen. μωπες, roßfligen.

Mordella, ὄσσοδᾶκναι.

νύμφαι, uermiculi uocantur, ex quibus mutatis, apes, uespæ, & Crabrones generantur, scilicet cum mutari iam incipiunt.

E

Pediculi,

Pediculi, φθῆγες, leuse.

Pulices, ψύλλα, flöe.

Papiliones, ψύχα, summer vogel, zweifal-
ter.

Tipula, αἰ ἀσκάριδες, ex quibus culices mu-
liones fiunt, Wasser-spinnen,

Ricini, uermiculi seu pediculi canum.

Scarabei tauri, uel Lucani, κάραβοι, Schröter,
hornichte kefer, scarabæi terrestres, cornua his
prælonga bifidis dentata forcipibus, quæ ad mor-
sum in cacumine coeunt.

Scarabei uirides, uel gallerucæ, αἰ μολόλον-
θα, grün kefer.

Reduij, κρώτωνες, Holtzbock, pecudibus in
hærescunt, aculeo totoq; capite infixio.

Scarabæi pillularij, αἰ κένθαροι, Roskefer,
hi in fimo quem uoluunt hyeme conduntur, & uer-
mes pariunt, ex quibus ipsi procreantur, Vere re-
deunte.

Scolopendra uel Centipeda, Nossel, ossel, pen-
natis insectis connumeratur, discissa longo uiuit
tempore, ut pleræq; insecta longa πολυποδία,
& abscissa pars uersus utrumq; mouetur extre-
mum, caput & caudam.

Timæ σήτες, Schaben,

Teredo

Teredo, τεντεροδῶρ, Kupffer wurm, non absi-
milis crabronibus, sed uaria & latitudine proxi-
ma apibus, appetit cibos delicatos auidè, ad eosq;
cum impetu aduolat, Vnde & nomen habet,
τένθεια enim λιχνόκτα & χασιμαργίαρ
significat. Aculeus eorum, τὸ τενοθκνίον.

Teredo, Τερκοδῶρ, erucæ nomen, quæ in alue-
arijs gignitur.

Vespe σφῆκες, Wespen, ἰδλος uel μυριό-
πες uesparum genus, duæ sunt Vesparum diffe-
rentiæ. Fera ἄγριοι σφῆκες, & placidiores ἡ-
μερώτεροι, inter utraq; quedam duces sunt,
quæ præeunt cæteras, uocanturq; μήτραι, id est
matres. Quedam operaria, quæ & laborant fa-
uos nidosq; fingendo, & ducibus seruiunt, atq;
administrant necessaria, ἐργάται he nominan-
tur.

Testudo, χελώνη, Schneck.

Testudines Lutariæ, Schiltkrötten, ὠμόδρα.

Vermes Terreni, τὰ ἐντετρα τῆς γῆς, regen-
wurm.

APPELLATIONES

VOLUCRVM.

Aquilarum genera.

E 2

Aquila

Aquila ἄετϙ, adler, arhn, sex
aquilarum genera.

Valeria, μελαινᾶετϙ, id est fulvia, uel λαγοϙ-
φόνϙ, id est leporaria, inde quod lepores uena-
tur, colore nigricans, minima magnitudine, uiri-
bus præcipua, sola alit & educit fœtus suos, Ha-
sengeyer.

ᾠύγαργϙ, id est, albicilla, ab albicante cau-
da, uel νεβροφόνϙ, id est, himularia, huius pul-
lum, priusquam cauda albicet, Romani augures
immusulum uocarunt.

μόρφνος, id est, Neuia à macula pennæ, uel
νητοφόνος, id est, anataria, uel πλάγγος, id est,
plancus seu clanga, Homero πέρκνος, ui et magni-
tudine secunda, ingenium est ei testudines raptas
frangere è sublimi iaciendo.

περκνόπιερος ab alarum notis, uel γυποᾶε-
τος à uulturina specie, uel ὄρειπέλαςγος, id est,
Ciconia montana, imbellis ac degener adeo, ut uer-
beretur à coruo, famelica, querula solaq; examina
fert corpora.

ἄλιᾶετος, id est, marina aquila, clarissima est
oculorum acie, ex alto enim librans se, uisoq; in-
gurgite pisce, præceps prouens discussis pecto-
re aquis cum abripit, pullos adhuc implumes
productos,

productos, cogit aduersum solem intueri, nolentes ferit, illacrymantes reijcit ut adulteros, fisch arhn.

γνήσιος ἄετος, id est, uera germana; aquila. Sola incorruptæ originis, magnitudine media, colore subrutilo. Cæteras aquilæ, accipitres & minutæ etiam aues promiscua consuetudine procreant, edell arhn, pennæ aquilarum reliquarum alitum pennas, mixtæ deuorant.

Ex aquilarum genere & φρήνη est, quam barbaram Romani, ossifragam Tusci, augures Romani sanqualem uocarunt, cæteris omnibus maior est, color eius ex cinereo albicat, nutrit pullos suos & aquilæ marinæ, quos ante maturitatem ab ipsa eiectos colligit, suscipit & educat.

ACCIPITRVM GENERA.

Accipiter, ἰεραξ, horum genera decem, generaliter à germanis Habicht aut Falcken uocantur.

Buteo, βιόσχος à numero testium, Busarhn.

Aesalo, αἰσάλωρ, arhn, solus omni tempore apparet, cæteri hyeme abeunt.

Circus, κίρκος, falck, prosperrimi olim fuit augurij nuptialib: negocijs & pecuniariæ rei, unde adhuc

de adhuc usitatum est nostris germanis, in amatorijs elegijs cirorum meminisse, sunt horum differentie plurimæ.

Stellaris accipiter, ἀσερίας, Blawfuß.

Palumbarius accipiter, φαωοφονός uel φαωότυπός ein Taubenfalck.

Pernix, πέρνης, uulgo gyrofalco, Stosfalck.

Subbuteo, ὑποτρύσχης, latior reliquis, Habicht.

Perca, πέρκα, Schmirlein uel Sperber, alias Nisus.

Accipiter fringillarius, Rotelgeyer, ωριζίας.

Rubetarius accipiter, φρενκλόχ, Hännnerahrn.

Leuis accipiter, λεύκεις, Baumfalck.

Cybindus nocturnus accipiter Plinio, qui bellum gerit cum aquila χαλκίς uel κυκινδής, Bergfalck.

Alauda, κόρυς uel κορύδαλ, Lerch, genera earum plura. Vnum cristatum ἐπίγειον uel λόφορῆχον, unde cassita latinis et galerita dicitur, Heubellerch.

Alterum gregale, ἀγελαῖον, sine crista, Sanglerch. ἐυπίεζ, colore priori similis, sed minor, et uolatu alta petit, cum cassita et raro euolet.

et euolat

Et euecta alis, statim rursus procumbat, neque alis nec longis spacijs confectis.

Est et tertium ἀνώυμοι græcis, Steinlerch.

Acredula, ὀλολυγῶν, Greimerlin.

ἄιματόπτερος, ἡ ἔρυθρόπτερος Rottfangk.

Allectatrices aues, παλεύτσια, Lockvogel.

Anas, νῆττα, Mas anatum Entrich, Erpell, fœmella Entte, σεγανοπόδων genus.

Anates sylvestres νῆττα ἄι ἄγσια, wildenten. Maiores quas germani grosentten, mertzentten uocant, ima supremaque corporis parte cœsia sunt, pennas alarum et alijs aspersas coloribus, præcipue tamen purpureo nitentes habent, collo capitiq; uiredo ad nigredinem tendens inest, medium collum candidus ambit circulus. Fœmelle uariae sed cinereæ et nigris albisque maculis distinctæ sunt.

Βοσκᾶδες, quibus rostra latiuscula et sima, cinereus color nigredine uariatus, mittelenten.

ἄι φασκᾶδες, anatibus sy'uestribus fœmellis similimæ sed minores, krichentten. A Varrone lib. 3. querquedula uocantur.

ἄρῃαι plus cœteris nigricant, minores sunt an-
gustiore rostro & oblongo. Meerentten.

Anser χήρ, anser maior Gans, Zamgans,

Anser minor seu gregatilis, χήρ ὁ μικρός
ὁ ἀγελαῖος Wildgans, χηνάλωπκῆς Vulpanser,
ignotus.

Chenerotes fero ansere minores, Seegense.

Ardea, Ardeola ἐρώδιος, tria earum genera,
πέλλος ein blawer Reiger.

Λευκέρωδιος, id est, ardea alba ein Reiger,
ἀστέριας ἐρώδιος, id est, ardea stellaris, quæ cog-
nominatur, ὄκνος à pigritia, rosdam, Rordum=
mel, pittouer, Plinio onocrotalus.

Atricapilla, μελαγκόρυφος, Münchlein, ca-
ret summæ linguæ acumine ut luscimia, quod his
duabus proprium est. Curruca simillima, cinerea
uertice nigerrimo, qualem auriuittis habet.

Auriuittis, χρυσομήτρις, Goldfinck, Lobfinck,
Thumpfaff, Gumpell. Vertice tota nigra, ima par-
te punicea, superiore cinerea, nigricans. Fœmel-
la in hoc genere tota cinerea uertice nigro ut
mas. Vocatur germanicè Quetsch, à uoce quam
edit.

Argathylis, ἀκανθυλλίς ex ripariarum gene-
re hirundinum, Spirschwalben.

Brenthus,

Brenthus, Βρίνθος, montes colit & sylvas, ὄρνις ὠδινός & εὐβιότος, uocem edit sonoram & suauem.

Caprimulgus, ὁ ἀιγοθήλας, cin Pfaff, interdium cœcutit, noctu cernit acutè, maior minima merula, minor cuculo, τὸ ἦθος Βλακκός, fugit ubera caprarum furtim, quæ exhausta emoriuntur, & capris quas ita mulserunt, cœcitas oboritur.

Cardueles, θραυπίδες, Distelfincken, Stiglitzen.

Dorsum eis cinereum & fuscum, alæ Croceo colore nigroq; mixtim & alternatim uariate, albisq; notatæ maculis, uertex nigricans, rostrum niger ambitus, hunc miniatus, Miniatum cœsius circumdat, ualent amœnitate uocis, & imperata faciunt, nec uoce tantum sed pedibus & ore.

Cataracta, κατάρκτης, albus falco, weisser falck, uiuit in maritimis locis. Paulo minor accipitre.

Cœruleo, κύανος, Klein zimmer, cœruleus totus, minor merula, maior fringilla, acuto rostro breuibus pedibus.

Ciconiæ, πέλαργοι, Storcke, hyeme exacta nidos eosdem repetunt, & parentes senio confectos uicissim alunt, & pastum educunt. Dicuntur

E S tur

τιν πέλαιοι δ' ἔχου πέραι, μελάντεροι
ἢ λυκά, πέλαιον uel πέλαιον liuidum fuscum
significat, ἀργόν album.

Collurio, κολλυρίων, ex turdorum genere,
Brachvogel, capitur sub hyemem maxime, nec
figura nec magnitudine multum dissimilis merula,
colore fusco, terreo, obscuro, ut humi sedens
uix agnosci, et à terræ colore discerni possit.

Certhia, κέρθις, parua avis, minor carduelis,
uaria, pulchra, moribus et ingenio audax, sagax
in uitæ officijs, uoce clara, θειποφάγος. Hirngryll.

GENERA COLUMBARVM.

Columba πεισιερα absolute, Zametauben,
columbæ fidem coniugij non uiolant,
communemq; seruant domum, neutri nota adulteria,
nidumq; neuter relinquit, nisi celebs aut uidua,
tota æstate foetant, et tricesimo die prole
priori expedita rursus pariunt.

Liua, πέλαιος, Holztaube, dicta à liuore, liuet
enim plumis et penè nigricat, pedibus rubris
scabrosisq; est, minus cæteris columbis mansuescit,
minor columba domestica.

Palumbes φάπαι, Mas in hoc genere φάπαι, palumbus,
φαόν.

lumbus, Ringeltauben. Maxima sunt corporibus
in columbaceo genere palumbes. Vere & aestate
gemunt, hyeme discedunt cum turturibus.

Vinago, οὐραός, ex columbaceo genere, minor
palumbe, maior columba, autumnno conspicitur
& capitur.

Turtur, τρυγών οὐραός, minimus colum-
bacei generis, parit bina oua, interdum terna,
& duo excludit, tertium relinquit, quod οὐραός
græci & κυνόστρον uocant. Turteltaube, col-
lum ut ceteræ eiusdem generis bibens non resu-
pinat.

Pipiones iunge Tauben.

Cuculus, κοκκύξ, de genere accipitrum, parit
in alieno nido, ut palumbis. Curruca, alaudæ,
Foetus ubi adoleuit pullos reliquos cum matre
deuorat, procedit primo Vere, ortu caniculæ oc-
cultatur. Kukuck.

Coturnices, ὄστρυγες, wachteln, salacissime
sunt, pullos exclusos ut gallinæ, incubando re-
fouent, prodeunt ducunt & subinde transfe-
runt, non in alto nidificant, sed in plana area ue-
pribus congestis nidos construunt, autumnno pin-
guescunt. Cum migrant, duces sequuntur ὄστρυ-
γοκίτρα, lingulacæ, otum & cenchramum,
Redeunt

Redeunt sine ducibus, & propter corporis grauitatem difficulter uolant, praesertim austro flante.

Χέννια apud Athenæum τὰ μικρὰ ὄρνυθια.
Cenchramus, κίγγαμος, ein Schreer, dux conturnicū unus, quas & de nocte cum abeundum est, excitat & euocat admonetq; itineris, uocem eius cum senserint aucupes, intelligunt parari discessum.

Cinclus, κίγκλος, Steinbeisser, Steinbicker, magnitudine rutilillæ ex cinereo albicans, caudam mouens, τὰ οπιόθερ ἀκροτῆς.

Culicilega, κνιπολόγος, Fligenstecher, differt à motacilla, magnitudo ei spini, color cinereus, maculis distinctus, totus ᾠδοοειδής ἢ κατὰ σικτος, uox parua, caudam mouet, Muscas uenatur & culices.

Curruca, ὑπολάϊς, Grasmücklein.

Coruus, κόραξ, Rapp, pullos cum iam potestas uolandi est, non tantum nido eijcit, sed persequens tota pellit regione.

Calidris, καλίδρις, auicula parua cinerea & uaria, agilis, & ad motum expedita recta sursum prorepat, & accliuia quæq; conscendit rectissimo tramite, Baumkletterlein. καλίδρις, cinerea Baumheckel.

Cornix,

Cornix, κορυώνη, Krae.

Cornix cinerea σποδοειδής, Schiltkrae, Nebelkrae.

Cornix Nigricans Schwartzkrae. Dissidet cum ulula, ardeolæ amica est, & sola grandiorum avium pullos iam uolantes comitatur.

Cornix fera aut sylvestris Holkrae, maior reliquis color ei partim cinereus ad albedinem uergens, partim fuscus ut in capite & collo, alæ uarijs mixtim coloribus tinctæ, degit in syluis.

Cres, κρεξ, Schrich, aduersatur merulæ.

Ficedula, σικαλίς, Schnepfflein, wüstling, latinum nomen inde factum, quod cum ficus maturescunt, tum primum ferè prodit & conspicitur. Cognata phœnicuro. Atricapillæ uerò adeo similis, ut nisi cauda differrent, quæ illi rubea, huic cinerea est, uix possent dinosci. Schnepfflin uerò inde denominata est, quod auidißime hiantibus faucibus muscas captat & culices.

Fringilla, ωίζη, Finck, Rotfinck, rubet in pectore, rubore obscuro, & nigricante, nomen inde acquisiuit, quod frigore cantat & uiget.

Fringilla montana, ογιωίζη, degit in montibus, collum habens cœruleum, cætera fringille similis, Rowert, Schneefingk, winterfingk.

Florus.

Florus, ἔνθ' ὅ, equi uocem imitatur, colore pulcher, magnitudine par fringilla, aquea loca amat.

Fulica, κέπφος, non est Kybitz, sed marina auis, Kepff proferens, sequitur gavius et spuma capitur, carnem bonam et odoratam habet, wis-meye.

Fullo, γνάφαλος, seydenschwantz, wipstertz, pulchra auis, colorum uarietate elegans, raro apparet et hyberno tempore ferè cernitur, ut uideatur esse ξενικός ὄρνις.

Garrulus, ὠεσμολογος, Gaza graecam uocem expressurus frugilegam uertit, cum ab Aristotele inter σκωληκόφαγα recensatur, et fructibus arborum ut glandibus, plus quam frugibus uescatur. Tot haec auis uariata est coloribus, ut nullus ei deesse uideatur, dorsum tamen ad caeruleum tendit, alae caeruleo et pluribus alijs uenustissime coloratae sunt, uenter purpurascit et uelut ὑακινθίζει, ipsa μιμητικὴ natura reliquarum uoces effingit ac reddit, germanis Heber, Marcolfus, Holzschreyer.

Gauia, λάγος, genera Gaviarum duo. Albæ gauiae λάγοι οἱ λευκοὶ Seegallen, albuken, circum uolitant in mari coniunctæ fulicis.

Gauie

Gavia cinerea, λαγοί οἱ τὸ χῶμα ἄσπρον
εἰδῆς, Kybitz, cinereo colore propemodum ni-
gricant, inferiore uentre albent, cristam capite
gerunt, amnes & flumina petunt uictus causa.

Galgulus, κολοῖος, κόλεος & κέλεος, qui-
dam à galgulo galbulam differre putant, ut
galbula uel galbulus sit ἰκτερος. Plinius ἰκ-
τερον & galgulum eiusdem esse auis nomina
putat, nec Aristoteles icteri meminit, nisi χαρά-
δριος sit, quæ etiam solo obtutu ictericos sanare
existimatur, quòd si cum charadrio seu Rupice.
Icterus eadem non est, à galgulo eam differre no-
nopinor, Est autem auis tota ex uiridi lutea, tur-
turis magnitudine, ξυλοκόπος, quidam eam ger-
manorum Emmerling, quidam widwol esse pu-
tant, ego eam esse conijcio, quam uocamus Geel-
gorst.

Galli gallinacci, ἀλεκτρυόνες, Hawschan.

Capi, galli castrati, Kaphan.

Gallinæ, ἀλεκτορίδες, Hennen, græci gallinas
ὄρνιθας etiam generali nomine uocant.

κἀλλαιον, galli gallinacci barba.

λόφος, crista galli, der Hanen Kamp: insi-
gne gallinaccorum ferratum, quod nec caro est,
nec car-

nec cartilago, nec callus, uerum peculiare quip-
pam.

πληκτρον, galli calcar.

Gallinae Africanae μελεαγριδες, Kuerhen-
nen, oua edunt maculis & punctulis uariata, ut
phasiani.

Gallinae Nouelle, ἀλεκτοριδες ἢ ὄρνιθες αἰ-
νεοπίδες, Mertzhenen, quæ pariunt nonnun-
quam oua ὑπανέμια & ζεφυρία dicta.

Matrices Bruthennen, quæ incubando exclu-
dunt pullos.

Gallinae ueteranae, ἀλεκτοριδες αἰ παρσβύ-
Τεροι ἢ παλαιαι, Kluckhenen.

Gallinago, ἀσκαλώπαξ, Schnepff, Holz-
schnepff, gallinae magnitudine, oblongo & ro-
tundo rostro, colore attagenis, cursu celeri, φιλάν-
θρωπος est.

Perdices, πέρδικες & κάκκαβαι inde κάκ-
καβίζερ, Feldhunner, Rephüner, insigniter ἀ-
φροδισιαστικοί sunt, & certo anni tempore in-
ter se dimicant acerrime coturnicum more pro-
fœmellis, humi nidos texunt suos, & mira calli-
ditate pullos ex insidiantium aucupum mani-
bus eripiunt, quos cum accedere sentiunt, pel-
lunt pullos nido, ipsi uero donec fugerint & ab-
sconderint

conderint se alibi expectant, postea subito cum
strepitu prorumpunt, et aucupes turbant atque
eludunt, ἀγριοί πέρδικες, wilde Rephünner,
τίθασοι πέρδικες same Rephünner.

Attagen et Attagena, ἀτταγήν uel ἀτταγάς,
Birckhun, paulo maior perdice toto dorso ma-
culosa et uaria, colore nigricans et ὑποπυρί-
ζωμ, id est, flammeo rubore rutilans, difficulter
euolat et pondere corporis grauata, et alarum
admiculo, quas nimis breues habet, destituta,
κονισικός, ἐπίγειος.

Phasianus, φασιάνος Phasan à Phaside am-
ne Colchidis.

Tarda auis, ὠτίς et λαγωδικός Haselhun,
galli magnitudine, colore coturnicis, aliquantu-
lum ad purpureum declinante, oblongo capite,
rostro acuto, gracili collo, lingua ossea. Tarda
nomen à tardo uolatu adeptam est, auis μιμητική,
et imitans aucupes κολλητικῶν oculos sibi ob-
limentes capitur, clausis enim et glutinatis ocu-
lis excecatur.

Tetrix, τέτριξ, quam Athenienses δὺραγα νο-
cant, Vrax, Vragen, Auerhan, maior quouis gal-
lo maximo, colore cæsius uel cæruleo, sed subal-
bicante

F

bicante

bicante collo, utrinque ab auribus demissa habens
gallorum more πὰ καλλαια.

Grues γέρωνοι Kranich, discedunt Autumno,
ducem quem elegerunt sequentes, & inter uo-
landum ordine ac serie λαμβδ' α græcum expri-
munt, unde Martialis.

Turbabis uersus nec litera tota uolabit,

Vnam perdidicis si palamedis auem.

Vipiones iunge Kranich.

Gryphes, greyff.

Graculi κόλοιοι, Talhen, Dalen, genera eorum
tria.

Graculus qui nomine generis sic dicitur, κο-
ροκίαε græce, magnitudine cornicis, rostro ro-
tundo & rutilo. Plinio πυρροκόραξ, Berck-
dale.

Monedula, à moneta cognominata, soli enim
huic aui furacitas auri argentiq; inest, λυκορ &
βωμολόχορ græci uocant, utrumq; nomen à ra-
pacitate acquisiuit, vsere Dalen.

Tertium genus ἀνώθυμορ Aristoteli, σεγανό-
πυρ est, id est, palmipes, Plinius φαλακροκόραξ
κα, quasi caluum coruum nominat.

Halcedo ἀλκυορ πασα το εν αλί κύστη,
Eysvogel, halcedonum alie marinae, alie flumina-
les.

Marinae

Marinae raro apparent in littoribus, paulo
maiores passere, colore cœruleo, uiridi & sub
purpureo mixto, rostro longo, tenui & luteo.
Nidos in scopulis pile marinae & ijs, quas à spu-
ma maris graeci ἀλοσάχνας uocant, similes con-
struunt brumae tempore. Vnde halcyonij dies, quo-
rum septem anteccedunt brumam, septem conse-
quuntur, qui escit enim mare ipsis incubantibus &
excludentibus pullos.

Fluuiiales marinis maiores sunt, cœruleae ma-
gna ex parte, & earum aliae ὠδικοί sunt, quae
arundinibus insidentes canunt, aliae ἀφῶνοι,
Eysvogel.

Carulus, κήρυξ, halcedonum mas.

Harpa ἄρπη, huic inimica φώξ.

Hirundo, χελιδὼν, Schwalbe, prima omnium
parit, & coecos enititur, & quia primi foetus fri-
gore ferè pereunt, secundos diligenter magna
solertia fouet & educat, plura earum genera, ni-
dos luto confingunt, stramento roborant.

Hirundines domesticae Nigrae sunt, Hausch-
walben.

Hirundines Rusticae uel agrestes imo uentre
ad collum usq; albicant, reliquo corpore nigrae,
Kirchschwalben.

F 2

Ripariae

Riparia seu falcula, minima omnium, ripas
excavant, atq; ita internidificant. Colorem ha-
bent fuscum ad cinereum uergentem, Vbersch-
walben.

Apodes ἀποδες uel κνφελλοί εἰ νεοτήεις
δοιρ ἔρ κνφέλλοις ἔκ πηλῶ πεπλασμέναις,
id est, quia in cistellis ex luto compactis ac con-
formatis nidificant, uel γελίδονες θαλάττιαι,
id est, hirundines marinae, rein Schwalben, Spir-
schwalben, perpetuo circumuolitant, nec consi-
dunt unquam, nulla enim his quies, nisi in nidis
aut pendent aut iacent, extra nidos semper
μετέωροι sunt, alas habent longas & latas, pe-
des pilosos, & adeo minutos, ut his carere pu-
tentur.

Iunco, χοϊνικλ & uel χοϊνίωρ, caudam mo-
uet ut Cinclus, Tryngas, uersatur circa paludes
& aquas, Rietmus,

Ligurinus uel spinus, ἄκανθίς, duo horum gen-
nera. Minus quod non ualde dissimile cardueli co-
lorem ex albo nigroq; mixtum habet, nos etiam
Distelfincken uocamus.

Maius fringillam duplo excedit, caetera fere
similis, Kirchfincken & Kernbeyffer. Colore
utrumq;

cant, stirpitus euulsa nidum parat, substernitque
pilos & lanam, zeyslin, foemella cinerea est, &
uaria imo uentre pallida.

Lagobus crocea à coturnicibus magnitudine
& colore differt, croceo tinetu, cibus gratissima,
tota hyeme conspicua, Emmerling, Goldammer.
Est & altera candida, cui nomen leporini uilli
dedere, columbae magnitudine, ignota, apud Plin-
ium.

Miluus, ἰκτίϛ, weiber ex accipitrum gene-
re, iisdem, & magnitudine & pennis respondens,
afficitur podagra circa solsticium.

Merula κόττυφ. Tria eorum genera. Ni-
gra Merula, ὁ μέλας κόττυφ, rostro rutilo,
colore nigro & nitente, caetera non dissimilis
turdo, Amsel.

Alba Merula, ἐκλευκός κόττυφ, magnitu-
dine & uoce priori par, sed rara.

Fusca, ὁ βαίος κόττυφ, paulo caeteris mi-
nor, colore ex nigro in fuscum uergente, Pirck-
amsell.

Nigra merula uocem mutat & colorem.

Mergus, αἰθῆα, uictum ex aquis petit, Dau-
cher, uaria, candida quibusdam partibus, quibus-
dam nigra, σεγανόπδες, id est, palmipes.

Merops,

Merops, μέροψ, hunc Ἐεροπα ab aëreo colore cognominari existimo, pennæ eius superiores partim cœruleæ, partim uirides sunt, inferiores pallent, extremæ laterotenus ἔ primores in pectore ad purpureum uergunt, rubris intercurfantibus maculis. Magnitudo ei turdi, rostrum aduncum, adeo ut uelut προβοσκίδα habere uideatur, Krimitz, winthals, acerrimi morsus, rostro enim caueas omnes, præter ferreas confringit. Aristoteles in hoc genere inquit
Τὸς γονῆας ἀντεκξέφεοθα ὑπὸ τῷ ἐγὼ-
νωρ οὐ μόνον γηράσκοντα, ἀλλὰ καὶ εὐθύς.

μελαγκόρυφ, atricapilla, Münchlin.

Motacilla, σισοπύγις uel ἰυγξ Bachstelz, Wasserstelz, fringilla paulo minor, colore uario, continuè caudam mouens.

Molliceps, μαλακοκερανεύς, Harschnepff, Neunmorder, capite grandiusculo molli ἔ cartilagineo, unde ἔ nomen acquisiuit, paulo minor turdo, colore cinereo, ore firmo, paruo ἔ rotundo, pennis inualidis, sed ἔυπτε.

Nocturnæ aues νυκτέρινοι ὄρνιθες, quæ omnes γαμψώνυχες sunt.

Bubo Βύας Vho, Schuffans.

F 4

Cicunia,

Cicunia, νυκτικὸς αἴξ, Nachtrab, unguibus ad-
uncis, uenatione nocturna cibum parat.

Noctua, γλαυξ, Nachteull, hanc aues cœteræ
petunt & circumuolitant, maiori multitudine
circumdatæ resupinae pedibus repugnant, colle-
ctæq; in arctum, rostro & aduncis unguibus te-
guntur, auxiliatur oppressis accipiter, bellum-
que partitur, aucupes his minores alliciunt, &
allectas capiunt aues.

Otus, ὠτθ, Schleyereul, inde dicta ὄτι περι-
τὰ ὠτα πτερυγία ἔχει, aures enim plumbeas e-
mimentes habet, imitatrix aloqui & parasita &
saltatrix, noctuæ similis, sed maior.

Aluco, ἔλεθ, Maior gallo,

Vlula, αὐγώλιθ, uenatur picas ut aluco.

Asiones, σκῶπες, duo horum genera, alij sem-
per conspiciuntur αἰίσκωπες Keutzlin. Alij au-
tumno quandoq; uno atq; altero die apparent,
Steineulen, illi ἄφωνοι sunt, hi clamant sub cre-
pusculum.

Vespertilio, νυκτερίς Fledermaas, δερμόπτε-
ρος est, uolat enim cute membranæ & nocte in-
cunte prodit, habet auriculas.

Olores, κίκνοι, σεγαυὸ ποδες sunt & ὠδίζ-
κοι, canuntq; maximè morituri, ipsi se inter se
deuorant,

deuorant, quod his solis & accipitrum generi
proprium est, nulla enim alioqui unius speciei ani-
mantia se mutuo perimunt.

ὄρτυγομίτρα, ortygometra, dux coturnicum,
matrix, der wachteln kōning, auis est turturis
magnitudine, longis cruribus δυδαλῆς καὶ
σελή.

Onocrotalus, Aristoteli ἐρώδιος ἀσεξίας, fi-
gura cycni, galli magnitudine, fuscus, rostro lon-
go, quo in aquas uel terram infixo, ciet sonitum
qualem asini edunt, unde Rosdam & Rordum-
mel à Germanis uocatur, faucibus eius inest ue-
lut alter uterus capax & amplus, in quem inex-
plebili auiditate, quæ uorat congerit & præco-
quit, post eadem ruminans in uerum transmittit
uentrem. Nominantur etiam Pittouer, & Pi-
ckart.

Parus, ὁ ἀιγίθαλος auicula fœcunda καὶ
πολύτεκνος, Mays, Genera Parorum plura.

Etsi tria tantum Aristoteles refert.

Fringillago ἀιζίτης, maxima omnium, frin-
gilla equalis, pulchra, inferius ex luteo uire-
scens, in uertice nigricans, spigelmays, kolmays.

Parus Montana, ὄρνις ἀιγίθαλος δια-
τὸ διατρίβει ἐν τοῖς ὄρεσι, blau Mays,
Meelmays, F S Parus

Parus ἀνώνυμος, minima quidem omnium,
sed longissimam habet caudam, jagelmays, pfan-
nestiglitz.

Parus cristata, Montana par magnitudine,
heiden mays, heybel mays.

Παυο τὰ ὡς ἀρξήν ηὐτοῦ θήλειαν πφαῶ, Mas ut
Aristoteles refert, pennas amittit cum primis ar-
borum frondibus, recipit cum germine earun-
dem, & oua frequenter dum foemina incubat,
aduolans frangit, ideo gallinis incubanda non
raro subijciuntur. Nomen habet ἀπό τῆς τά-
σεως τῶν πτερόων, gemmantes enim expan-
dit colores pennarum aduerso sole, laudatus ma-
xime, collo toto saphyri gemmae color inest, ex-
treme pennae Chrysoberylli, auri & saphyri co-
loribus distinctae sunt.

Picus Martius, δρυοκολάκτης, Specht, tun-
dit & excavat arbores uermium & culicum
causa, egressos lingua arripit, quam latiusculam
& maiusculam habet, perreptat arbores, humi
raro consistit, scanditq; in subrectum, felium mo-
do, quandoque & supinus stellionum more in-
greditur, plura eorum genera.

Maximus paulo minor gallina, niger, capite
ruffo, schwarzer Specht.

Medius

Medius capite ruffo, croceo pectore, collo dor-
soq; uiridi, alis coeruleis, proprie picus martius
lat morum, merula maior grüenspecht.

Minimus qui pipo dicitur, corpore merula
inferior, uarius, ex nigro alboq; commixtas pen-
nas habens, bunter specht, elster specht à colore.
Est & quartus hoc tertio minor, gras specht.

Pica κίττω duo earum genera, Urbanum El-
ster, Aglaster, coecos parit, garrulum, uocens
subinde mutat, & quouis anno cum rapæ serun-
tur caluescit. Syluestre, toto corpore uarium pen-
nis candidis cinereis coeruleisq; mixtis, alis uerò
nigrum heyden Elster, Krigelster. Varias olim ap-
pellatas Plinius autor est.

Porphyrus πορφυριών solus morsu bibit &
loco τὸ πρόλοβον, longum habet collum ut Pha-
sianus. Est autem πρόλοβον, in auibus quibus-
dam uelut anterior gula, in quam deglutiunt &
congerunt cibos, indeq; uelut ruminando in
uentriculum transferunt, der kropff. Ipsa auis ex
genere est χιζοπόδων, magnitudine galli, colo-
re coeruleo, rostro rutilo, pedibus altis & oblon-
gis, in delitijs olim habita.

Pardali, οἱ πᾶρδαλοι, gregatim uolant, so-
litarij raro conspiciuntur, colore cinereo, magni-
tudine

tudine propemodum mollicipitis, uoce larga non graui, puluier pulros.

Passer, Σφῆθος, Sperck, Hausperlingk, auicula salax, unde mas in eo genere non diutius anno durare creditur.

Passer Troglodytes, Baumsperringk, Mossperringk, nidificat in arborum cavitatibus, superne fuscus, sed uariis & transuersis albis lineis distinctus, inferne coesius, uertice purpureo, sub collo nigris candidisq; maculis eleganter uariatus.

Passer aquaticus in harundinetis nidificat, domestico coetera similis, nisi quod collum albus cingit torques, Rhorsperling.

Passer magnus, Σφῆθος μέγας, solitarius est, paulo minor merula, Gersthammer.

Plateæ, πελεκῶνες, anseribus similes, sed rostro latiore & longiore, uictum petunt ex aquis. Mergos præda potitos insequuntur, correptos mordicus retinent, donec capturam extorqueant. Conchis se marinis implent, & paulo post, ubi calore uentris coxerunt, reuomunt eliciuntq; esculenta, testas secernunt, Löffelgens.

Psittacus, ἡ ψυτῆάκη, Syttich, ἀνθρώπου ὀμιλωτός etiam, quod humanas imitatur & exprimere

primere consuescit uoces cognominata, uire-
do in toto corpore eius lutea, solum collum mi-
niato distinctum est torque, capiti eadem durities
quæ rostro.

Phalaris, φαλαρίς, aquatica auis, anatum syl-
uestrium foemellarum colore, qui ἐντεφρος
est rostro angusto & oblongo, rotundo capite.
Muttvogel, Reck.

Rubicilla, πυρρούλας, Buchfink, Quecker,
Blutfink, superne toto dorso & uertice insigni-
ter uario, sub collo anteriore parte & utrinq;
ad alarum initium igneo rubore & subpallido
nitet inferne alba.

Rubecula ἐρίθικος, Rotkropfflin, Rotkelchyn
auicula nota.

Ruticilla φοινίκης ἄπο τῆς φοινίκης &
ῥῶς, id est, à rubente cauda, Rotstertz, differt à
ficedula quæ cinereo tota & obscuro colore con-
stat.

Rubetra βᾶτις Ziepdruschel minima turdo-
rum figura alioqui & colore iliaco turdo similis,
circa rubos uiuit & uersatur, delectatur enim
fructibus eorum & sambuci baccis.

Rupex χαράδριος à præruptis torrentium
Aueis nomen inuenit, colit enim loca confrago-
sa, præ-

sa, prærupta & cauernosa, praua colore & uoce,
diem fugit, nocte prodit.

Salus αἰγίος ☉, Zötscherlin, colore cine-
reo, magnitudine luteola, uertice miniato, aduer-
satur floro.

Sitta σίττικ uel σίπτικ Nushacker, Nushaer,
pugnax sed concinna, elegans, foecunda, callida,
& πολυίδης. Nomen ei Germani indiderunt,
quòd ex contusa macerie uictum querit.

Sturni Ἰάσοι Staer, nigri sunt maculosi, ma-
gnitudine merula, cateruatim uolitant, omnesq;
uelut in orbem pile circumaguntur, & in me-
dium omnes tendunt agmen, capiuntur in uola-
tu.

Struthiocameli Στραθιοκάμηλοι, nomen hoc
ueteribus insolens qui μεγάλας Στραθες uoca-
runt, altitudine equitem excedunt insidentem e-
quo, & eundem celeritate uincunt, currentem
pennæ adiuuant, non à terra attollunt, mira ei
natura inest concoquendi sine delectu degluti-
ta, ungulas bisulcas habent ceruicis similes, alias
Στραίοι λυβικοί, Germanice Straus.

Tetraones τέτρακες, Trappen, uultures ma-
gnitudine uel æquant uel superant, colorem ha-
bent album, tendentem ad cinereum, alas nigri-
cantes. Timnunculi

Tinnunculi κελγίδες ex genere sunt γαμ-
φονύγων, id est, aduncarum auium, Steingal-
len, Steinschmatzen, defendunt columbas contra
accipitres, quos terrent naturali potentia, in tan-
tum ut uisum uocemq; eorum fugiant, oua pa-
riunt minij modo rubra.

Tyrannus τυραννίδης, auium omnium minu-
tissima, paulo locusta maior, cristam gerit ruti-
lam color corporis ex citrino rubescit superne,
inferne coesius est ὄρνεον ἔυχαςι καὶ ἔυσυθμον,
ein Goldhenlin.

Trochilus τροχίλος οἰκὲ τρώγλας καὶ
λόχμας, auis parua cinerea, Zaumkōning,
schneekōning. Vocatur ἔ πρεσβύς, id est, se-
nator ἔ βασιλεύς, id est, Regulus.

Tryngas τρύγας Wasserhenne nigra tota,
χιζόπτερος, candido uertice ad rostrum usque de-
missa, pedibus altis ἔ nigris, caudam continuo
mouet, ἔ loca incolit aquosa.

Turdus κίχλη. Turdorum tria genera ἰξίβο-
ς ἔ ἰξιφάγος uisciuorus, magnitudine
picæ, uisco ἔ resina uescitur, Krammetuogel,
Zimmer.

Πίχας, id est, Pilaris turdus, amplitudine
merule, nocem edit acutam cum obscura qua-
dama

dam fuscedine uarius & maculosus, Sangdruschel.

ἰλιάς iliacus turdus, minor pilari turdo, cinereus ad fuscedinem uergens, sed minus uarius, weindruschel, weingartvogel.

Velia ἐλέα auis parua, colore pulchro, inferne croceo, ualens uoce, aestate umbrosa, hyeme aprica loca petit, Zigelhemffling. Velia cinerea Heidenhemffling.

Vireo χλωρίων, Zwitwol. Tyrolt, Byrolt, luteus totus magnitudine turturis, procedit circa solstitium aestiuum, ex oriente Arcturo discedit, & tota non conspicitur hyeme. Aristoteles inquit de eo, quod sit μαθηρ ἀγαθός καὶ βιομήχανος.

Vrupa ἔποψ Zwitthopff. Cristam gerit plicatilem, quam contrahit erigitq; secundum capitis longitudinem, nidum ex humanis fingit stercoribus, figuram aestate mutat & hyeme.

Vrimatrix κολυμβίς & κολυμβίς minima mergorum & reliquarum ex aquis uictum petentium, ῥυτταρομέλαινα tota, praeterquam in uentre, ubi albet mergens sese & conspectos pisces prosequens, diu sub aquis huc illuc fertur, priusquam reuertitur, unde & nomen inuenit, Ger

nit, Germanice Schwartzteucherlin & wasser
amsel.

Vultur γυψ Geyer, Aristoteles duo genera
recenset, unum albicans minus, ex quo genere sunt
qui uocantur, Fischgeyer.

Alterum Maius, & αἰθιαστέρας, ut ha-
sengeyer & osgeyer, sagacissime hi odorantur,
& biduo, triduoue ante circumuolitant loca, in
quibus cadauera futura sunt.

**PISCES GRANDIO-
RES NATANTES IN FLUVIIS
GERMANIAE, ET NO-
BIS NOTI.**

SAlmo & Esox unius piscis
Nomina sunt, quem Rhenani & Galli adpel-
lant ein Salmen, Saxonice gentes ein Lachs. Et
nomen Salmonis ueteris linguae gallicae pro-
prium fuisse existimo. Grandis piscis est, & recens
carnem habet rubescentem, uelut roseo colore.
Ideo Ausonius uenustissime dixit.

Nec te puniceo rutilantem uiscere Salmo,

Transierim, late cuius uaga uerbera cauda,

Gurgite de medio summas referuntur in un-

das.

G

Quod

Quod eò fortasse dicit, quia Salmonis præcipua est agilitas in saltando.

Amia wels, non multum dissimilis Thynnus & Orcyno.

Mario Hausen, porco marino similis, Danubij proprius, ut & Plinius narrat. Fortassis Græcis σκίανα.

Silurus, Sturio, Stūr, ut Iouius existimat, cui adsentior, etiamsi alijs quibusdam aliter uideatur. Idem piscis γλαυίς & σείλας dicitur, quod est à σείω & ούρα, id est, à mouenda cauda. Quia uerum est, Sturiones magna uicibus impellere moles non paruas, & sepe ligna impetu caudæ quasi disseccare.

PISCES MEDIOCRIS MAGNITUDINE, NOBIS NOTI.

ANGVILLA ἐγχελυς Ael, ab ἀγχεύω & ἴλυς, quod est aqua limosa uel cœnosa. Nam in tali aqua & strangulantur & capiuntur anguilla. Albertus inquit, in Danubio non esse anguillas.

Congrus γόγυς Meer uel, & γούλας. Muræna ei caudam præcidit.

Lucius.

Lucius Hecht. Etsi autem aliqui disputant,
discrimen esse inter nostrum Lucium & Lu-
pum, tamen descriptio ostendit cognationem
esse. Sit igitur Lupus & λάβραξ, ein Hecht.
Atheneus inquit, λαβράκιες ἔχουσι γλώσσαι
ὄσώδῃ καὶ εἰσι σαρκόφαγοι εὐχύλοι καὶ οὐ
πολυτρόφοι. Habet enim & noster Lucius ossa
in lingua.

Aurata, χρυσώφρυξ Forellen. Atheneus
inquit, omnium piscium suavisimos esse gustui,
καὶ τροφιμωτάτους. Est autem nomen For-
ellen à latina appellatione uariolus. Et aliqui
adpellatione moti, lupum uarium nominant For-
ellen.

Cyprimus, Carpio ein Karpf.

Coracinus κορακίν & ein Rab, squamosus &
latus.

Perca πέσκα, Parsen toto corpore squamo-
se, & interspersas candori rubras maculas haben-
tes, & in dorso spinosos aculeos.

Melanuri μελάνυροι Kulparsen, nigris ma-
culis distincti à Percis, & ut Atheneus inquit,
habent caudam multis nigris lineis distinctam,
εὐχύλοι sunt & antecellunt Percis. Aiunt au-
tem Melanuros ductores esse Percarum, Vnde

G 2

proiura

Apud Ansoniu
philanthu
esse Salau
in Mosell.

proverbum est, quod extat apud Atheneum, ἔπειτα
τοῦ πέρκη μελάνθω, Comitatur Perca Melan-
thum. Significat fortassis familiaritatem talem, in
qua minor ductor est maioris.

Murenas, etsi Albertus distinguit species, &
alias grandes ac marinas nominat, alias parvas
nostrates, die Lampreten, tamen nos secuti iudi-
cia eruditorum, non interpretamur Lampreten,
Sed Murenæ nomen marinis illis relinquimus,
quæ corpora habent anguillarum similia, sed
grandiora, & nigris & luteis maculis conspersa,
& cum delphinis pugnant, & ex genere sunt
eorum piscium, qui asperis & acutis dentibus
armati sunt, & sunt carniuori.

Est autem alius piscis Lampreta lubricus, eor-
lore cœruleo, subnigro, septem paruis fistulis
mirabili ordine distinctis, acceptam aquam remit-
tens, cuius nomen est ἀσεγίας, latini Mustela
stellaris. Et γαλεός Mustela nomen est generis,
quod plures species continet.

λαῖ Ⓞ γαλεός, leuis Mustela, Neunaugen.

γαλε Ⓞ ποικιλ Ⓞ Beisger. Mustela uaria.

*Alij uolunt
hinc est.* Mullus Barben, græce τρίγλη, quia ter in an-
no parit, ut Atheneus inquit Aristotelem dicere,
τὴν τρίγλην τριστικτὰν τὸ ἔτος.

Alij

Alij alias Etymologias tradunt. Etiam nomen
μύρα. Græcis notum fuit.

Orphus, ὄρφος, Orfen, & apud nos ut existi-
mo, Würfling.

Alosa, Iesen, ἰήσα, Romanis Laccia, habet
lucentes squamas argenteo fulgore, est ex eorum
numero, qui apud nos assati gratiores sunt.
Claudianus: Stridentesq; focis obsonia plebis alo-
sas.

Erythrini ex miluorum genere, Rotfeder,
Plötzen, rubris pinnis, mit schönen roten feder-
lin.

Prasem, nunc uocant prasinum, sed uetus ne-
scio.

Alburni λεύκκοι Weisfisch, Hesling, squa-
mis argenteis. Fortassis ad hanc speciem Sargi
pertinent, quorum uetus nomen adhuc Romæ in
usu est.

Lacertus σάυρος Olrupen, non habet squa-
mas. Quærendum, an sit σκόμβρος, qui etiam la-
certus est sulphureo colore, exilis & longus.

Gobio κώβιος, Coben, Quappen, sed quæren-
dum, an Coben differant à Quappen.

Salpa σάλπη Stockfisch.

Ξιφιάς Gladius Suertfisch, in Dania notissi-
mus

mus piscis longum rostrum habens, simile ro-
stro Ciconia, seu gladiolo, Cætera non multum
dissimilis Lucio. Acus, Βελονή Βελεννῶ, Βαύω μ
ἔραφίς, piscis oblongo rostro, carne pingui,
molli ἔ delicata, Stuerlein. Abundat hoc pisce
Tybyssus seu Tissa, fluius in Vngaria, die Teysf.
Epicharmes ὄξυρὶ χόσος ἔραφίδα, uocat.

Passer Plateissen, sine dubio græce ψῆττα,
ex planorum genere. Sed nomen ψῆττα genera-
le est ad Rhombum, Passerem ἔ Soleam seu Lin-
gulacam. Ac inter hos excellit Rhombus, piscis
latus, ἔ tamen rotundior, ouali figura.

Solea Schollen, γίνη, ex planorum genere.

Ratia Βότις Rochen, ex planorum genere.
Scabrum habet tegumentum, quo ad poliendum
ebur artifices utuntur, Cognata pastinacæ.

Halec Hering, μαυρίς ἔ σμαρίς, Hering
und Bücking, quia Bücking est halec torrefa-
cta. Et fortassis nomen Bücking, est à græco
Βόακες.

φαγός, Aeschen, Nam ἔ inter eos nume-
rantur, qui similes sunt Labraci.

σκάς, Romæ Saphyrum uocant, à colore
cœruleo, mixtis aureis maculis, pulcher piscis, ἔ
notus in Gallia.

σκόρπι

καρπιδες, Steiben, sine squamis.
κίθαρις, à grandi capite Romanis Capo no-
minatur. Mullo cognatus est, quem colore & fi-
gura refert. Et habet sub mento longas & ruben-
tes pennas, barbam imitantes.

Tinca. Aus.
Solubus
pauca

Tinca Stinks, sunt uirides. Ausonius.

Quis noti & uirides uulgi solacia Tinca
Norit.

Fortassis καριδες.

Cancer Krebs. Græcæ appellationes can-
cerorum plures sunt, quæ diuersas figuras signi-
ficant, καρκινος, καρκαρος, ασκαροι, & alia. Item
καριδες Locustæ.

Nequaquam enim dubium est, cancerorum spe-
ciem esse græco nomine καριδες, latine locu-
stas, ut & ex Suetonio manifestum est. Et in
Hispania adhuc nomen locusta de cancris in u-
su est. Et cum Aristoteles ait, locustas certare
cum serpentibus, ac præhendere chelis tanquam
forcipe colla serpentum, locustas intelligit can-
ceros.

Minimi.

Turdi κίχλα Smerlin.

Βδέλλα Elritzen, Pfellen, quod nomen græco
ad sine Tubinga usitatum est.

G 4

Merula

Merula κοτυφορ Cressen.

Aselli ὀνίσκοι. Maiores aselli græce Βάγχοι zanten. Minores Callariæ senceim.

APPELLATIONES

PARTIVM IN PLAN-

TIS.

PLanta φυτὸν Gewechs.

Plantarum species.

Arbor δένδρον, est quod à radice, caudice simplici, ramosum nodosum & surculosum assurgit, baum.

Frutex, θάμνος, stauden, quod à radice caudice multiplici ramosumq; se attolit, θάμνισκος steudlein.

Suffrutex, φρύγανον, herba est uel arborescens uel fruticescens pluribus lignosisq; surculis, ex radice uel simplice caudice prodeuntibus, minutis folijs, cætera herbae similis.

Herba ἄρα, βοτάνη, Kraut, quod sine caudice à radice foliatum prouenit, semenq; caule fert. ἄριον, βοτάνιον diminutiua.

Plantarum partes.

Plantarum partes ut animantium, alie sunt
ἑμοιμεγῆς

ὁμοιμερῆς, id est, similes, alia, ἀνομοιομερῆς
id est, dissimiles.

Similes distinguuntur in siccas & liquidas,
sicca sunt hæc.

Nervi, ἰνῆς, Adern in Bäumen vnd Kreutern,
oblongi sunt, continui, fissiles, insotiabiles infœ-
cundi.

Venæ, φλέβες, coetera nervis similes sunt, sed
maiores crassioresq; & ramos, & humorem ha-
bent.

Caro, σᾶξ, diuidi omnibus dimensionibus po-
test, ut terra, quæq; terra constant, estq; inter ner-
uos & uenas media.

Liquidas partes Theophrastus ὑγρὰ uocat, spe-
cies earum sunt ὅποιοι χύλοι, & δ᾿ἀκρυα.

ὅποιοι, sunt liquores crassi & lenti, qui uel ex
incisa radice, uel caulo secto, terebrato aut ca-
strato effluunt sponte.

Liquor qui ex radice emanat, ὅπος ῥιζίας,
alter ὅπος καυλιάς dicitur, der Safft, der von
sich selber heraus dringet.

Χύλοι, succi sunt, qui colliguntur ex plantis
totis, aut earum partibus concisis, tuisis, & tor-
culari, manu, uel aliter expressis, aqua interdum
uino, alioque liquore asperso. Ausgedruckte Safft,

¶ 5

horum

horum alij sunt οἰνωδῆς uinei, alij μελιτώδης mellei, alij ἐλαιώδης oleaginei, alij δριμύς acres, alij πικροί amari, alij ὀξύς acidi, alij ὑδαρῆς aquei.

δάκρυα, lacrymæ humores sunt qui ex plantis nec incisis, nec contusis compressisue, sua sponte exudant ac destillant, uel solis calore educti uel copia expressi, uel ab ipsis arboribus aliqua occasione dehiscentibus expulsi, Suntque uel ὑδαρῆς id est, aqueæ quæ in κόμμι, id est, gummi concresecunt, uel πιττώδης, id est, piceæ quæ in ῥητίνην, id est, resinam coëunt hartz. At resinarum differentie multe.

Dissimilariū partium aliæ longo perdurant tempore cum ipsis arboribus, uocanturque ῥόνια, aliæ ἐπέταα, annuatim renascuntur. Desluunt ac pereunt in aliquibus plantis omnes, in quibusdam uero quædam etiam permanent, & perennes sunt.

ἐπέταα, sunt folia, pediculi, flores, fructus semina.

Folia φύλλα, φυλλάρια, Bletter, constant humore & carne.

Folia uitium, οἰναρα Rebenbletter, pampini latine, item βλασημάτα.

Folia

Folia ficuum, θεία, Feigenblätter, unde trium-
phus à θεία & ἀμβένω.

Folia aut integra sunt, aut incisa, uel in ex-
tremis oris quæ crenata, uel in ambitu quæ ser-
rata à similitudine dentium serræ dicuntur, sunt
& alia laciniata, alia fimbriata.

Pediculi, petioli, μίχοι, quibus ex ramulis fo-
lia fructus aut flores dependent, Stilchyn an blet-
tern, früchten vnd blueten.

Flores ἀνθη & ἀνθίματα, germani distin-
guunt flores arborum & herbarum peculiaribus
uocibus. Illos bluet, hos blumen, nuncupant.

Iulus, ἴδλ, flos auellane compactili callo
racematim coherens uelut prælongus uermis,
Haselstauden bluet.

κνπία, græcis duo significat, uel quod ob-
longa & rotunda specie tumidum, ex picearum
& roborum ramis dependet, latine palmicula,
uel quod ex ramis nucum, roborum, picearum,
squamatim compactili callo prominet, latine Nu-
samentum, welsche nüs bluet.

Iuba, uel pannicula lanosa densa & caudæ
modo propendens coma, in milio, panico, arundi-
ne, ἀνθήλα.

COMA,

Cema, κόμη, quidquid crinium modo summa rē-
morum uel collicularum exornat.

Umbella, Muscarium, σκιάδιον, der Dolder,
flores sunt in summo colliculo confertim in or-
bem dispositi, suisq; innixi pediculis.

Corymbus, κορυμβος, κορυμβία, κορυμ-
σιον, proprie significat hederarum uias, quas
acini uelut in orbem conglobati rotunda specie
conformant, transfertur deinde ad flores & fru-
